



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.


Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri


La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>











ERASMI ROTER  
 RODAMI BLAS  
 PHEMIAE ET IM  
 PIETATES PER  
 IACOBVM LOPI  
 DEM STVNICAM  
 NVNC PRIMVM  
 PROPALATAE  
 AC PROPRIOVOLV  
 MINE ALIAS RE  
 DARGVTAE.





IACOBVS .L. STVNICA PIO  
LECTORI. S. P. D.



QVONIAM Erasmi annotationes in nouum testamentum, & scholia in epistolas diui Hieronymi, atq; adeo omnia alia eiusdem opuscula perlegens nō nulla in eisdē reperi, que partim impia partim blasphema, partim etiā insana & temeraria ac non ea reuerentia qua oportuerat plata meo iudicio uidebantur, opera precium me facturū putauī si omnia illa ut a me fuerant excerpta in publicum proderem, ut hoc indicamēto cautiores eos faciam qui Erasmica opera post hac in manibus sument, ne forte orationis lenocinio ac dicendi dulcedine detentus, uenenum sub melle latens imprudenter contingat deorare, quod sēpissime hie accidere solet qui nullo habito delectu scriptorum quodcunq; genus ex eo tantum probant, quod rhetoricis pigmentis tanq; uariorum colorum flosculis ornatum esse uideatur. Ne autē id Erasmi libros legentibus contingere possit, quasi quibusdam signis apposis tuis quid in his cauendum sit diligenter subnotauī, simul etiam ut si quierunt qui insanas & temerarias illius assertiones, qui blasphemias & impietates quib<sup>9</sup> totus apparet refertissimus uelint redarguere, quæ sint in eo maxime ostuenda nra cōmostratio ne habeant in promptu. Illud quidem lectorem admonentes contra omnia & singula Erasmi capitula quæ in hoc libello cōtinentur, uolumen a nobis iam pridem esse conscriptum trib<sup>9</sup> diuisis libris quod paulo post curabimus edendum. Atq; itidem reliquis omnibus qui literatura & ingenio ualēt cēsemus esse faciendum quo uidelicet Erasmus aliquando pernoscat habere catholicam ecclesiam, quam ipse nō dubitat omni ex parte atrociter incesse, qui illius spicula tametsi ueneno intincta non solum non pertimescant, uerum etiam in ipsum autorem ualidissime possint retorquere. Sed hæc unusquisq; per se ut libebit exequetur. Nos satis superq; fecisse arbitramur quod de



Erasmicis libris quasi de fontibus serpentes primi profecerunt  
quodque pro virili nostra illorum capita primi etiam constringe-  
re fuerimus aggressi, hominemque non Luterianum esse solum sed  
Luterianorum signiferum ac principem lectori aperte com-  
mōstrarimus, id quod vel nobis tacentibus eius  
scripta perspicue testantur. Quæ cuiusmodi  
sint ex his quæ mox subiiciuntur facile  
potest deprehendi.  
Vale lector.

Sequuntur Erasmi Rotērodamī blasphemia & impietas  
tes ex eiusdē annotationibus in nouū testamentum.

De horis canonicis.



Vper illo ex Mathæi cap. 6. Orantes ac nolite multū loqui sicut ethnici faciūt Erasmus. Porro quod hodie uidem⁹ sacerdotes nihil dicā qualibus, sed certē nimium prolixis scibus hisq; præscriptis, aliquoties ineptis ac ridiculis ne dicam impijs oneratos, quid super hac sententiam satius est non attingere partim quod res paucis explicari non pōt: partim quod fortassis nec citra periculū, ne dum huic malo medēti conamur alterū inuitemus grauius, ut sunt qui, uitis suis patrociniū undelibet aucupent. Illud dicam non esse prudētis cū suo sæculo pugnare: & bonæ mentis est maiorū decretis libenter obsequi, et rursus illorū est ut summa uigilantia quod sit optimum & cū Christi dogmatis maxime consentiens statuāt. Et infra. Nam cantiuncularū, clamorum, murmurum ac bōborum ubiq; plus satis est siquid ista delectant superos. A bñ de satis hoc erat indulgere idiotarum ac stultorum affectibus ut cuiq; liberum esset priuatim quæ uellet aut quantum uellet precari. Cæterum publicas preces optatim esse moderatas nec in his quicq; admisceri nō depropt̄ e sacris libris: aut certe ab his uinis profectū quorū scripta spiritum apostolicū respiciunt. Nunc cuiusmodi est compelli tanta censura ut delicti lenis aut mulierculæ nenias legas sacris admixtas!

De primatu Apostoli Petri supra cæteros Apostolos.

Vper illo ex Mathæi cap. 10. Duodecim autē Apostolorū nomina sunt hæc Primus Symō qui dicit̄ Petrus. Erasmus. Indicat diuus Hieronym⁹ nō eodē ordine recēseri Apostolos ab alijs euāgelistis quoa Mathæo, ne quis ob hoc oim primū faciat Petrū quod hic primē loco ponit. Nā cæteri primū locū tribuūt Mathæo pximū Thomæ. Et Hieronymus existimat eius esse ordinē ac merita singulorū Apostolorum distribuere qui illos delegit inuēs ut uideretur auctoritatem Apostolis omnibus parem fuisse, quod ad apostolici muneris functionem attinet.

De minimis & minoribus religiosis.

**S**uper illo ex Matthæi capite decimo Et quicumque potum dederit uni ex minimis istis. Erasmus. Ex minimis his, τῶν μικρῶν πύτων. Idest Ep'usillis his siue paruis. Ne frustra sibi placeant quidam qui se minimos uocant, cum alii minorum occupant cognomen.

Ait sanctos doctores non unquam in tropologiis abusus scripturæ testimoniis.

**S**uper illo ex Matthæi capite undecimo. Regnum coelorum suum patitur. Erasmus <sup>βασίλειαν</sup> idest ui inuaditur siue occupatur uel ob turbam irruentiū ac ui conantiū irrupere, adeo iam urgebat. tēpus euangelii. Etiā si me non fugit Hieronymū Augustinum cumq; hoc p̄terosq; secus hunc locum interpretari. Verū liceat & a probatissimis autoribus alicubi dissentire: quam doquidem illi non solum fuerūt homines uerum permiserūt sibi in tropologia nonnunquam abuti scripturæ testimoniis.

De humanis constitutionibus.

**S**uper illo ex eodē capite undecimo. Iugum meum suauē est Erasmus. Vere blandum est iugum Christi & leuis sarcina si p̄ter id quod ille nobis imposuit, nihil imponeretur ab humanis constitutionibus. P̄ter mutūam charitatem nihil ipse p̄cepit neq; quicquam tam amarum est quod non condiat condulcetq; charitas. Facile toleratur quicquid est secundum naturam. Nihil autem magis congruit cum hominis natura quam Christi philosophia quæ pene nihil aliud agit quam ut naturam collapsam suæ restituat innocentiaē sinceritatēq;. Sed quemadmodum apud iudeos legem per se molestam aggrauabant hominum constitutiones, ita cauendum est etiā atq; etiam ne Christi legem per se blandam ac leuem, grauem & asperam reddant humanarum constitutionum ac dogmatū accessiones. Quæ sic primum obrepunt ut uel tanq; pusilla ne gligantur, uel pietatis specie cōmendata libenter amplectantur etiā homines probi magis quam prouidi, semel recepta paulū gliscūt, augetur, donec in immēsum aucta iā nolētes premāt & obruant, seu consuetudinis cuius uiolenta tyrannis est p̄sidiō, seu principum autoritate quod temere receptū est in sūmo lumentum abutentium, mordicusq; retinentium.

### De articulis Parisiensi.

**P**ostremo res eo paulatim deducta est ut scholasticorum aliquorum placita, ut articuli Parisienses, ut homunculorum quorundam noua quædam ad factum cōminiscentiū uel opiniones uel somnia, prope modum æquent articulis fidei apostolicæ. Atque ex his christiani aut non christiani censemur, quæ tantulum quidem ad christianam attinent pietatem.

### De doctrinæ Christiana nostri temporis.

**A**m quæ popularis quæ expedita est doctrina Christi apostolica & patrum apostolicorum, quam nūc impedita, spinosa, ne dicam tenebricosa facta partim admixtu legum ac disciplinarum humanarum, partim somniis & inuentiūculis ambitiosorum hominum, posteaq̄ sacræ Theologiæ professio scænica quædam ac theatrica res eē cœpit, Tota hominis ætas non sufficit quæstiunculis & inutilium argutiarum labyrinthis. Inter hæc quando Christianæ uitæ studium, si iam ostrogenarii tantum dubitare didicimus.

### De humanis cōstitutionibus & cerimoniis

**N**am de humanarum cōstitutionum onere quid attinet dicere cum iam olim diuus Augustinus in epistola ad Lanuanum stomachetur, ac deploret ecclesiam Christi sic premi, ut tolerabilior prope fuerit iudeorum quam Christianorum cōditio. Et tamen ille ob friuola quædam nudipedalia nescio quæ destomachatur. Quid si uideret liberum illū Christi populum tot legibus, tot cerimoniis, tot laqueis irretitum; neq̄ simplici hominum tyrānide oppressum, principum prophanoium, episcoporum, cardinalium, pontificum multoq̄ maxime horum satellitum). Ipsis sacramentis ad hominum salutem institutis ad quæstus nostrum, ad factum, ad tyrannidem, ad opprimendum plebeculam abutimur quidam. Iudæis nullū uctis genus erat interdictum præter id quod esset elino lanaq̄ contextum. Nunc quot de cultu constitutiones, quæta uestium colorumq̄ superstitio? Quam ex huiusmodi nugis quæ per se nec honestam habent nec turpitudinem, sed pro temporum ratione pro mortalium opinione mutantur, censentur Christiani, de quibus nihil unquam meminit Christus?

### De Ieiunio.

**P**auca erant iudæorum ieiunia, & tamen nemo esse capitale dixit si quis illis ipsis statis diebus non ieiunasset. Nos quot grauamur inediis: ad quas non inuitamur sed cogimur sub pena (ut aiunt) æternæ dånationis. Iudæis certa pisciũ & animãtium genera sunt interdicitas: sed ad esum non admodum expectenda. Nos bonam anni partem piscium esu contabescimus: inedia disfru mpimur: neq; statim subuenitur nec morbo nisi legis relaxatio numis redimatur.

#### De festis.

**Q**uin & festorũ apud Hebræos mediocris erat numerus. Aetas Hieronymi præter diez dominicũ paucissima no uerat festa. Nunc feriarum nec finis nec modus: quæ cum primitus ad pietatis uacationem pauca sint instituta: nũc ad seculum exclusionem tolli debebant: nisi sacerdotib; auaricia suis rebus consuleret potius quam ueræ religioni.

#### De uotis.

**Q**uid loquar de perplexis & inextricabilibus notorũ uinculis, quorum alia redimi possunt, sed immensa pecunia alia nullo modo possunt.

#### De matrimonio.

**I**am matrimonii cõditio quanto cõmodior iudæis quam nobis? Quot laqueis quot tricis matrimonium inuoluimus?

#### De sacramento pœnitentiæ, & horis canonicis.

**P**œnitentiæ & confessionis sacramentuum quot modis æstamur? quot hominũ decretis impeditum reddidimus? ut ne quid dicam interim de onere precum quæ quotidianis etiam accessionibus aggrauantur.

#### De nouis constitutionibus & consuetudine.

**A**dhæc quasi parum sit legum & constitutionum decreta. Alium, in dies nouarum cõstitutionum examina prorũpant, immo uelut hoc quoq; parum sit, grauari nos uolunt iure ne scio quo consuetudinis quæ primum a duobus deliris profecta paulatim inualuerit.

#### De censuris.

**E**xcommunicationis fulmen ubiq; promptum & intentatum. Irregularitates, anathematizationes, occurrant undiq;.

#### De commissariis.

**P**ontificis Romani sacrosancta autoritate quæ non nisi subleuandis ecclesiæ rebus ualere debet: sic abutuntur, quidam in absolutionibus, in dispensationibus, in condonationibus, in executionibus ut pmulta sint quæ uere pii spectare nō possint.

De sacerdotiis & contionibus.

**S**acerdotiorum adeo perplexa res est ut Aristotelicā philosophiam oēm perdiscas citius quam praxin sacerdotiorum. In tēplis uix uacat euangelium interpretari. Contionis bona pars ad cōmissariorū arbitriū consumenda est. Nōnunq̄ & sacrosancta Christi doctrina aut supprimenda aut ad aliorum rem detorquēda. Ad hæc qui modeste pii sunt tacite ingemiscunt. Qui populi malis aluntur, & quorum interest Christi gregē quem ille suo sanguine liberū reddidit, quam maxime seruum esse & obnoxium, adeo non reclamant, ut modis oibus exaggerent. Accedunt iis qui uel ambiunt præmiū aliquod obsequi, uel timent penam libertatis, ita dū nemo succurrit res paulatim eoprolabitur ut pene nihil pudeat.

Perit fieri generale concilium ad omnia ista; quæ supra dixit moderanda.

**E**t charitas quideꝫ iuxta Paulum omnia sustinet, fateor, sed hæc mala multo mitiora sunt quoties ab hostibus gregis Christiani ingeruntur: olim sæuiebat tyrannus, impius, sæuiebat hæreticus, episcopi consolabantur, episcopi mutuis hortatibus animabant sese. Titulus honest<sup>9</sup> solatii pars erat. Deniqꝫ grane non erat quod Christi nōie perpetiebantur. Verum intolabile est ut inquit Augustinus cū eadem hæc a membris immo a moderatorib<sup>9</sup> ecclesiæ corpus ecclesiæ patit<sup>9</sup>, ab iis potissimum iniiciuntur laquei, unde par erat impeditis subueniri. His malis moderādis una superesse solet anchora sacra generale cōcilium. At nunc hæc ipsa uertuntur in reipu. caput, nec ulla superest medendi spes nisi si Christus ipse uertat aut certe excitet pōtificū ac principū animos ad ea q̄ ueræ sunt pietatis, aut Theologi & cōcionatores nō seditiosis clamorib<sup>9</sup> sed sobrie placideꝫ quæ Christo digna sunt magno cōsensu doceant & inculcent.

Annotationis conclusio.

**V**Num illud etiam atqꝫ etiam admonendi sumus oēs ut iuxta Pauli doctrinā sic libertatē a Christo datā amplectamur.

B

ne eam occasionez demus carnis: & sub libertatis p̄textu turpius  
seruiamus uitis, sed sic excutiamus iugum hominum graue,  
ut uere blando Christi iugo p̄mamur.

De templorum donatiis.

**S**uper illo ex Matthæi cap. 15. Munus quodcumq; est ex me ti  
bi proderit. Erasmus. Atq; utinā hic phariseorum morbus a  
Christianorum moribus abesset. Huiusmodi captionum plena  
sunt omnia, & Christi aut Mariæ peculium dicitur quod uel in  
luxum sacerdotum & monachorum seruatur, uel in principis  
alicuius prædam, sacrilegiū habetur hinc egenis subuenire. Ho-  
rum laqueis testamenta transferuntur ad alendum ocium & lu-  
xum quorundam. religionem cultu tiuloq; profirētium, fran-  
datis & exclusis aliquoties & liberis.

Sapit Luterianam impietatem.

**S**uper illo ex Matthæi cap. 16. Et ego dico tibi quia tu es Pe-  
trus & super hanc petram ædificabo ecclesiā meam. Erasmus.  
Proinde miror esse qui locum hunc detorqueant ad Romanū  
Pontificem in quem haud dubie competunt imprimis uelut in  
Christianæ fidei principem. At non in hunc unum, sed in om-  
nes Christianos qđ eleganter indicat Origenes homilia prima  
harum quas habemus. Vex sunt quibus nihil satis est nisi quod  
sit immodicum. Ita quidam ad inuidiam usq; Franciscum pro-  
digiosis efferunt laudibus, quem exprimere magis oportebat,  
quam in immensum atollere. Nam de iparæ & Christo non po-  
test fortasse ascribi nimium. Quanquaz hic quoq; optarim om-  
nes sic ad imitandi studium inflammatos: quam quosdam uē-  
demus sedulos in exaggerandis laudibus. Diuus Cyprianus in  
epistola libri primi tertia uidetur accipere super Petrum funda-  
tam ecclesiā. Petrus tamen inquit super quem ab eodem  
domino fundata fuerat ecclesia, nisi forte sic excusandus est Cy-  
prianus quod Petrum hic non pro homine illo sed pro typo ac-  
cepit quod prope modum indicant quaz sequitur. unus pro oī-  
bus loquens & ecclesiæ uoce respondens ait domine quo i-  
bi-  
us. Itaq; Petrus saxeus solidam ecclesiæ fidem repræsentat.

Contra Monachos.

**S**uper illo ex Matthæi cap. 17. Ipsum audite. Erasmus. Iam ite-  
rum ea uox audita summā auctoritatez arrogat Christo. Vnā

bunc docto rem creauit ipse deus pater . Hoc autoritatis nulli Theologorum , nulli Episcoporum, nulli Pontificum, aut principum tributum est. Non quod his non sit parendum, sed Christo præcipue & ob Christum illis si modo digna Christo præcipiunt , & si sequuntur eorum uestigia de quibus dictum est qui uos spernit me spernit , & qui uos audit me audit . At nunc uidemus dormitati passim ad Christi doctrinam ceu crassam aut rudem, et contionis auribus inculcari quid dixerit Scorus, quid Thomas, quid Durandus , et pluris fieri inter monachos quid statuerit Benedictus, aut Bernardus; aut Franciscus, quam quid is docuerit de quo uno uox patris audita est, ipsum audite. Illi ferre non possunt si quis uerbo eleuet Dominici aut Francisci autoritatem , & nos fetemus æquo animo setuulos anteponi domino?

#### De immunitate ecclesiasticorum.

**S**uper illo ex Matthæi cap.17. Præuenit illam Iesus, Erasmus. Siquidem uidetur Hieronymus hoc arrogantæ tribuere quod ecclesiastici grauentur tributum pendere principibus, cū hodie summa pietas habeatur pro immunitate clericorum modis omnibus digladiari. Christus testatus se non debere, soluit tñ at non pro suis omnibus, sed pro se dumtaxat a c Petro.

#### De matrimonio.

**S**uper illo ex Matthæi cap.19. Quoniam Moyse ad duritiam cordis uestri permisit nobis dimittere uxores uestras . Erasmus. Ex hoc potissimum loco lex inducta apud Christianos ne dirimantur matrimonia , cum cætera Christi dogmata de non iurando , de non resistendo, de in diem uiuendo, de iuuandis ac diligendis inimicis atq; id genus permulta uel antiquari patiamur aut interpretatione cōmoda prorsus abrogemus: solū uer genus de matrimonio. Atqui si id iudæis cōcessit Moses ob duriciã cordis & par pene duricies si in nobis, cur nō idē cōcedit qbus pcedūf & lupanaria? Christ' fornicationē exceptit at apud nos nullū tā obscenū fornicatiōis genus qd liberet alterutrū cū olim post diuortiu utriq; liberū fuerit nouū inire matrimoniū.

#### Contra Monachos.

**S**uper illo ex Matthæi capite. 21. Et uidens fici arborem &c. Erasmus. Hæc est illa ficus cuius foliis nōnulli suam obtegūt



inſcitiâ cum ea figurit magis iſtos qui cultu, qui titulis, qui ſplendidis uerbis ſanctimoniam præſeferunt, cum uita non reſpondeat. At iſti ſedulo cauent ne quid bonarum attingant literarum, & dicunt quam poſſunt inuulſiſſime ne quid affinitatis habeant cum iſta ficu. Cæterum iſta ratione magis in ficum incidunt. Audio incultam ac ſordidam orationem, expecto uero tam ſimplicem & innocentem hoc eſt fructuum quem orationis ſpecies ideſt follia pollicebantur, ubi propius uentum eſt Sardanapalos iuenio, iuenio Mydas ac ſatrapas, tyrânica omnia, ſolus ſermo refert Apoſtolos. Hæc eſt illa ficus quam odit & execratur Chriſtus, cui ſi putet elata doctrina & faſtuoſa eloquentia, quæ magis oderit arrogantem ac ſupercilioſam inſcitiâ, & ſanctimoniam ſuco perſonatam infantiam

#### De reliquiis.

**S**uper illo ex Matthæi cap. 23. Ut uideantur ab hominibus. Erasmus. Damnat hoc loco Hieronymus muliercularum quæ rundaꝝ ſuperſtitionem quæ quod olim in phylææcriis, faciebant phariſæi, id tum faciebant in paruulis euangeliis & in crucis ligno aliisq; rebus huiusmodi quæ habent inquit zelum dei ſed non iuxta ſcientiam culicem liquantes & camelum glutientes. Si uir ſanctiſſimus hæc ſentit de mulierculis quarum inſymmitati par erat non nihil condonare, quid dicurus ſit ſi uideat hodie paſſim ad quaſtuꝝ offertari lac Mariæ quod honore prope modum æquat corpori Chriſti conſecrato, prodigioſum oleum, fragmentula ligni crucis tam multa ut ſi in acetuum redigantur uix una nauis oneraria uehat hic offentari Franciſci cucullam, illic intimam ueſtem Mariæ uirginis, alibi peſtinæ Annæ, alibi caligam Ioseph, alibi calceum Thomæ Cantuarienſis, alibi Chriſti preputium quod cum ſit res incertareligioſius adorant quam totum Chriſtum. Neq; uero hæc ita proferunt tanquam ferenda & plebeculæ donanda affectibus, uerum huc fere ſumma religionis uocatur auaritia ſacerdotum, & monachorum quorundam hypocriſi quos alit populi ſtultitia. Atq; in hiſce comediis primas agunt epiſcopi quidam factitii ne nuſquam ualere uideantur. Hæc ſuis diplomatis approbant, ſuis neniis ornant tanta grauitate ut quoties mihi legitur iſtorum comprobatio minus credam quam antea cred:bam. Quibus in rebus.

nisi grauis inesset ueræ pietatis iactura; Christus non tam acriter in hoc hominum genus inueheretur, cum aliqui lenis sit in peccatores.

#### De extrema unctione.

**S**uper illo ex Marci ca. 6. Et ungebat oleo multos ægros & sanabantur. Erasmus. Hinc natū apparet quod hodie sacro oleo ungentur periculose laborantes, nō ut reualecant, sed ut tutius migrent, cuius rei meminit & Iacobus.

#### De religiosis mendicantibus.

**S**uper illo ex Lucæ ca. 2. Inuolutum pannis. Erasmus. Nunc mendicantium uocabulo sese uenditant & ii qui satraparum opes domi possident. Nec insector quorundam institutum qui uere mendicato uiuunt sed rectius opinor facturos si qui ualēt ut ualent per multis manibus pararent unde tum sibi tum aliis egenis possent suppeditare.

#### De doctoribus ecclesiæ.

**S**uper illo ex Lucæ ca. 2. Et tuā ipsius animā ptransibit gladius Erasmus. Sunt. n. quidā sic addicti certis autoribus ut p̄tinus nō ferendā p̄umeliā clamitēt si quis uel unguē latū ab hoc aut illo discrepet. Franciscanus nō fert usq̄ discedi a suffragio Lyrani. Prædicator nō tolerat quicquā cōuelli ex Thomæ aut Carræsis placitis. Augustinensis nō patitur ab Augustino dissentire. At qui si hoc recipimus ut suū quisq̄ autorē mordicus teneat, fiet tandē ut prorsus a nemine liceat dissentire, cū ipsi autores inter se nō cōsentiant immo cū singuli a se ipsis aliquoties dissentiant. Nulli⁹ autoritati debet addictus eē qui ueritatis agit negociū, neq̄ par est hoc cuiquā hoīm tribuere, quod nec ipsi sibi postulant, & si postularent tanto minus erat tribuendum.

#### De bellis.

**S**uper illo ex Lucæ ca. 3. Neminē cōcutiat in nemini calūniā inferatis. Erasmus. Ridiculū uero quod quidā ex hoc loco pbare nitunt bellū, quasi uero Ioānes hæc dixerit X̄pianis: ac nō potius gētib⁹, aut certe pphanissimis Iudæis si qui tñ iudæi meruerūt unq̄ sub gētib⁹, aut hoc egerit ut p̄scriberet cuiusmodi deberēt eē milites & nō illud potius ut q̄ pessimi erāt inciperent eē minus mali. Sic. n. undiq̄ p̄parabat uia dñi, aliqui quipotuisset Ioannes ab illis extorquere militiā, cū Christus a Iui

**D**ixi non potuerit extorquere ceremonias & superstitionē Mo-  
saicæ legis ac traditionem.

#### De obedientia erga sacerdotes.

**S**uper illo ex Lucae ca. x. Qui uos spernit me spernit. Erasmus  
Et hunc locum detorqueamus ad nostram tyrannidē. Chri-  
stus spernit qui spernit episcopum, qui spernit Pontificem: ue-  
rum est sed Apostolorum similes & Christi negotium agentes  
qui uos tales spernit me spernit. Simul utriq; demus operam  
ut meminerimus officii. Sacerdotes tales esse studeant quales  
erant Apostoli, nos ut Christum ipsum recipiemus & obtem-  
perabimus. Veram ubi sacerdos tyrannum agit uentris negoci-  
um persequitur nō Christi, nescio an in tempore citetur qui uos  
spernit me spernit.

#### Contra Religiosos.

**S**uper illo ex Ioānis cap. 13. In hoc cognoscent oēs quod di-  
scipuli mei estis. Erasmus. Mira nota quasi distinguendus  
Christianus a cæteris. Non dixit si hoc aut illo titulo uocemini,  
aut his aut illis uescamini cibis, si sic aut sic uestiamini, si tales  
aut tales obseruetis ceremonias, si tot aut tales exhaustis pre-  
ces, sed si dilexeritis uos inuicem, nec id sane uulgari more ne-  
tumsī sic dilexeritis uos inuicem sicut ego dilexi uos.

#### De horis canonicis.

**S**uper illo ex euangelio Io. cap. 14. Paraclitus autem spiritus  
sanctus. Erasmus. Porro quod accentus huius dictionis pa-  
raclitus offendit Vallā; pōt nōnullum iniicere scrupulū quibus-  
dam superstitiosis uerius quam religiosis qui cardinem, & pup-  
pim simul ac proram quod aiunt Christianæ pietatis in hoc con-  
sistere putant, si rite ac legitime persoluerint preces illas quas  
uocant horarias, ad quod quidem præstandum cum alia requi-  
runtur innumera, tum illud in primis ut uerba singula plene &  
articulate proferantur.

#### Pharisæos appellat Christi sacerdotes.

**S**uper illo ex Io. cap. 20. Dixit ergo eis iterum pax uobis. Eras-  
mus. Ferendū utcumq; hoc si tantū insaniret populus, nihil  
aliud aucupant pleriq; principes, immo quod fœdus est non  
solum inuitant ad hæc sacerdotes, uerum ipsi belligerantur. Qui  
profidentur euangelium pacis plebem ad bella cohortantur, &

quorum erat inflammata ad pietatem hi classici canit, & huc detortis sacris literis pacificum illum ac mansuetissimum Christum belli faciunt autorem. Qui si rediret in hanc etatem, dispaream nisi durius tractandus sit ab hoc pharizorum genere quam ab illis fuit acceptus.

Ait in Christum non convenire serui appellatione,  
& Christum obedisse patri ut filium non ut seruum.

**S**uper illo ex Actuum capi. 4. Conuenerunt uere in ciuitate Sista aduersus puerum tuum Iesum Herodes & Pontius Pilatus, Erasmus. Stomachatur hoc loco Valla quod Iesu filio dei serui cognomen tribuerit interpres quanquam puer apud Latinos filium significat sed infrequenter, seruum frequentius, frequentissime etatis primæ hominem. At Christus cum salutē adferret, puer non erat, & serui appellatio in hunc non conuenit etiam si obediuit & subditus fuit patri iuxta assumptum hominem, sed ut filius non ut seruus. Proinde uertendum erat hic πᾶσι & filium non puerum &c.

Insultat triumphis ecclesiæ.

**S**uper illo ex Actuum. cap. 5. Magis autem augebat credentiū in dño multitudo. Erasmus. Ipse spectauit primū Bononiæ dein de Romæ Iulii secundū splendidissimos agentē triumphos ac profusus tales ut cū Pompeianis aut Cæsarianis triumphis cōferri possint. Verū quid illi ad hanc Petri maiestatem: nō armis, nō copiis, nō machinis, non auro, sed sola fide totum orbem in sui miraculum conuertentis. Atque eadem magnificentia & hodie sequeretur Apostolorum successores si pares essent spiritu.

Opes ecclesiæ infectatur, & Petri uicarium apellat Papam.

**S**uper illo ex Actuum cap. nono. Hic hospitatur apud Simonem quendam coriarium. Erasmus. O quantus hospes & Apostolici culminis princeps apud cuiusmodi diuersatur hospitem. Nunc uix tria Regum palatia sufficiunt excipiendo Petri uicario.

De Apostolorum græcitate.

**S**uper illo ex Actuum capite. x. Quomodo unxit eum deus Erasmus. Incertum Petrus hæc hebraice dixerit: an græcè etiam cū græce scribunt Apostoli multum refert ut ex proprietate

*hæ linguz quemadmodum & hodie qui latine loquuntur patum alioqui literati nonnihil admiscunt ex sermone uerticulo uel imprudentes, puta Gallus ex sermone gallico, Britanus e britannico, Germanus e germanico. Nam Apostoli græcitatem suam non ex Demosthenis orationibus, sed e uulgi colloquio didicerunt.*

*De confessione sacramentali.*

*Super illo ex Actu. cap. 19. Confitentes & annunciantes actus suos. Erasmus. Vel hinc colligi potest fuisse & antiquitus nonnullam confessionem male actæ uitæ sed apertam ut opinor & in genere quam nec legimus exactam a quoquam. Cæterum quæ nunc recepta est clanculatia & in aurem fit, uidetur ex consultationibus priuatis esse nata, quæ solent apud Episcopos fieri siquis scrupulus urgeret animum.*

*De cerimonis.*

*Super illo ex Actu. ca. 21. A Tarso Ciliciæ. Erasmus. Porro quâtum uis fuit celebris aliis nominibus, nullo tamen insignior quam quod illi Paulum debemus usque adeo præcipuum Christianæ philosophiæ præconem ac propugnatorem, ut ni ille nobis diuino munere contigisset, periculum fuerit futurum ne Christiani omnes in seruilem illam & humilem Moyse legem relaberentur. Quamquam nunc ratione magis quam numero cerimoniatum ab illis differimus eo Christus progressu temporum recidit.*

*Hieronymo blasphemiam impingit.*

*Super illo ex Actu. cap. 23. Percutiat te deus paries dealbaste. Erasmus. Diuus Hieronymus adducens hunc locum in dialogis aduersus Pelagium excusat quidem Paulum, uerum fate tur cum non præstitisse mansuetudinem eam quæ præstitit Christus. Verum hoc scripsit Hieronymus undecumque suam muniens causam, & in ipso quoque Christo aliquod imperfectæ pietatis uestigium inquirens.*

*Dura & falsissima dubitatio & affectio.*

*Super illo ex epistola ad Romanos cap. 9. Qui est super omnia deus. Erasmus. Nisi hæc particula adiecta est sicut quædam adiectas o endimus: hoc certe loco Paulus palam Christum pronunciauit deum.*

### Ciborum delectum reprehendit.

**S**uper illo ex epistola ad Ro. cap. 14. Infirmitatem autem in fide assumite. Erasmus. At hodie uidemus inter Christianos plus esse superstitionis in delectu ciborum quam unquam fuerit apud Iudaeos. Nec ista iam tolerantur, sed in his absolutam constituunt pietatem, pro illis omni telorum genere depugnamus, ex his iudicamus, auersamur, execramur proximum ceu parum Christianum. j

### De festis.

**S**uper illo ex eodem cap. 14. Nam alius iudicat. Erasmus. Iudeis alius dies prophanus erat, alius sanctus. At Christianis quilibet dies aequae sanctus est, non quod obseruandi non sint dies festi quos deinde sancti patres instituerunt quo commodius plebs Christiana conueniret ad contionem ecclesiasticam & cultum diuinum, sed eos per paucos nempe diem dominicum, Pascha, Pentecostē, & aliquot huiusmodi quos recenset Hieronymus. Verum haud scio an expediat quibuslibet ex causis festa festis accumulare praesertim cum uideamus eo redisse Christianorum mores ut quam olim conducebat ad pietatem haec institueret, tam nunc conducibile uideatur eadem antiquare.

### De religionum differentiis.

**S**uper illo ex epistola prima ad Corinthios cap. 3. Qui plures sunt autem & qui rigat unum sunt. Erasmus. At si diuus Paulus stomachatur aduersus Corinthios quod ab his mutarentur cognomina a quibus, baptismum acceperant, & Christi mysteriis primum erant initiati, quid diceret de nostrae tempestatis hominibus, qua mille cognomentis, mille cultibus, caerimoniis, regulis dissident inter se qui uocantur religiosi?

De purgatorio quod non uult ex hoc loco Apostoli probari.

**S**uper illo ex eodem cap. 3. Ligna, foenum, stipulam. Erasmus. Illud obiter adnotandum quod dixit aurum, argentum & lapides pertinere ad pios, lignum, foenum, stipulam, ad impios ut palam est ex primo libro Hieronymi ad Iovinianum tribus enim duraturis in igni tria opposuit peritura si ignis incidit. Hoc ideo dixi quod sunt qui haec non ad bona &

mala opera, sed bonorum operum gradus referant. Nec ad modum ad rem pertinet huc purgatorii mentionem admiscere quandoquidem dies posuit pro perspicua operis inspectione, nam nocte & quæ bella sunt displicent, & quæ foeda placent, diei certiora sunt iudicia. Deinde igne posuit pro exacta exploratione.

### De sacramento matrimonii.

**S**uper illo ex epistola prima ad Corinthios cap. 7. Liberata est a lege, cui uult nubat. Erasmus. Neque enim hic Augustinus qui tria bona ponit in matrimonio cum tertium sacramentum uocat, sentit unum e septem sacramentis quod ipsum sub notare uidetur Petrus Lombardus disti. 31. Immo haud scio an hoc sacramentum septimum ueteribus fuerit cognitum. Primum quod Dionysius enumerans nominatim singula & singulorum ritus uires ac ceremonias explicans, de coniugio nullam facit mentionem. Nam quod causantur quidam comprehendi sub sacramento ordinis, id tale est ut efficiat ne nihil respondisse uidearis cum omnino nolueris obmutescere. Quasi uero iisdem ceremoniis consecratur sacerdos, & sponsus iungatur sponsæ, saltem duobus uerbis nomen, addidisset præsertim cum de eo tam multa scripserit Paulus. Deinde cum tot uoluminibus tractatum sit de matrimonio uel a grecis uel a latinis, nullus est locus unde liqueat illos coniugium inter septem sacramenta commemorare præsertim cum Augustinus coniugii fautor bona matrimonii diligenter receperat & inculcet. Quin Iovinianus sic impense fauens matrimonio ut hac de causa iudicatus sit hereticus, cum utriusque testamenti libros omnes excusserit nihil non detorqueret ad laudem matrimonii, non hoc tantum & plausibile ac palmarium argumentum uel in primis produxisset passim ita clamitans, matrimonium est unum e septem ecclesiæ sacramentis, uirginitas non uesti; Nec opinor Hieronymum tam libere stomachatum fuisse in digamos, si constitisset & illud unum esse e septem sacramentis &c.

### De sepulchris.

**S**uper illo ex epistola prima ad Corinthios capite notio.  
Sine sumptu ponam euangelium. Erasmus. O gloriam ue-  
re apostolicam, sed iquam nemo nunc studet emulari, nihil  
nunc gratuitum ne sepultura quidem. Cum Augustinus epi-  
stola. 64. nolit uendi mortualia.

Dura Erasmi assertio cum dicit apud nos hoc  
loco deprauationē ortam aut certe data ope-  
ra mutatam scripturam.

**S**uper illo ex epistola prima ad Corinthios cap. xi. Hoc est  
corpus meum quod pro uobis tradetur. Erasmus. Quod  
pro uobis tradetur  $\tau\omicron\upsilon\ \pi\epsilon\rho\epsilon\upsilon\mu\epsilon\upsilon\ \kappa\lambda\omicron\ \mu\epsilon\tau\omicron\upsilon\ \iota$ . quod p uobis  
frangitur. Atq; in hoc tantus est grecorum codicum con-  
sensus, ut appareat apud nos deprauationem ortam, aut certe  
data opera mutatam scripturam quod absurdum uideretur  
frangi corpus &c.

De ceremoniis & opibus ecclesie.

**S**uper illo ex eadem epistola prima ad Corinthios capit. 12.  
Et nemo potest dicere dominus Iesus. Erasmus. Ex hoc ca-  
pite & proximo licet conicere quæ fuerint dotes illius eccle-  
siae christianæ priusquam tot ceremoniis, opibus, imperiis,  
copiis, bellis, aliisque id genus esset onerata.

De musica ecclesiastica.

**S**uper illo ex epistola prima ad Corinthios capi. 14. Sed in  
ecclesia uolo quinq; uerba sensu meo loqui ut alios istius  
quam decem milia uerborum in lingua. Erasmus. Hac te mi-  
rum quam mutata sit ecclesie consuetudo. Paulus manuit  
quinq; uerba in sensu quā decem milia in spiritu, at nunc in  
nonnullis regionibus totos dies psallit spiritu nec modus nec  
finis cantionū cum uix intra sex menses audiat conuo salu-  
bris adhortans ad uerā pietatem. id. n. Paulus uocat in sensu  
loqui, ut omittā interim hmōi musices genus inductū esse in  
cultū diuinū ut ne liceat quidē ullam uocē liquido percipere,  
nec iis qui canūt ociū est attendendi quid canant, tantū uocū  
tinnitus aures ferit, & mox peritura delectatiūcula mulcet. Fe-  
rendū & hoc nisi uulgi sacerdotū ac monachorū in huius-  
modi rebus summam constituerent pietatē, multum disen-



tiens a Paulo . Cur dubitat ecclesia tantum autorem sequi ? Immo cur audeat ab eo dissentire Quid aliud auditur in monasteriis in collegiis in templis ferme omnibus quam uocis strepitus ? Atqui ætate Pauli non cantus erat sed pronuntiatio dumtaxat . Vix a posterioribus receptus est cantus sed talis ut nihil aliud esset quam distincta modulataq; pronuntiatio cuiusmodi superest etiam nunc apud nos qua sonamus in Canone sacro precectione dominicam : & linguam qua hæc canebantur uulgius adhuc promiscuum intelligebat respondens amen . Nunc uulgius quid aliud audit quam uoces nihil significantes ? Et talis est fere pronuntiatio ut nec uoces exaudiantur : sonitus tantum aures feriat . Atq; hæc primum specie pietatis recepta paulatim eo processerunt ut psalmodiarum , rationum , sacrorum , mortaliorum nec modus sit ullus nec finis quod sentiamus hinc accrescere prouentibus nostris . Quodq; grauius est ad hæc præstanda sacerdotes astringuntur arctioribus pene uinculis quam ad ea quæ præcepit Christus . Habeant sane templa solènescantus , sed moderatos . Ad eadē cogimur priuatim occupati , & publicum chorum in nauitaculis in pandochiis nobiscum circūferimus . Ex his obseruatis aut neglectis pii aut impii iudicamur . Est quisquam Crasso auarior , Zoilo maledicentior , uir tamen pius habetur quod clara uoce sonet eas preculas etiam si nihil intelligat . Obsecro quid sentiunt de Christo qui credunt illum huiusmodi uocum strepitu delectari ? Nec his contenti operosam quandam ac theatricam musicam in factas ædes induximus tumultuosum diuersarum uocum garrutum , qualem nō opinor in græcorum aut Romanorum theatris unquam auditum fuisse : omnia tubis , lituis , fistulis ac sambucis perstreperunt : cūq; his certant hominum uoces . Audiuntur amatoriarum foedæq; cantilenæ ad quas scorta mimiq; saltitant . In sacrâ ædem uelut in theatrum concurritur ad deliniendas aures : & in hunc usum magnis salariis aluntur organorum opifices puerorum greges quoq; omnis ætas in perdiscēdis huiusmodi gannitibus consumitur nihil interim bonæ rei discens , aliter sordidorum ut plectiq; sunt hominum colluuiæ ac tā

tis sumptibus oneratur ecclesia ob res pessimas etiam. Quo-  
so te ut rationem in eas quot pauperes de uita periclitates po-  
terant ali cantorum salariis. Hæc adeo placent ut monachi  
nihil aliud agant præsertim apud Britannos, & quorum can-  
tus debuit esse luctus, hi lasciuis hincitibus & mobili guttu-  
re deum placari credunt. Atq; his rebus occupati nec attin-  
gunt bonas literas, nec audiunt quibus in rebus sita sit uera  
religio. Cur hæc nobis sola placent quæ Paulus ceu paruulo  
rum infantiam parcissime uult adhiberi, immo quæ nullo  
pacto latius fuerat, si quidem de sacra lectione loquitur il-  
le non de theatricis cantuunculis. Psallamus spiritu, sed psal-  
lamus Christiane, psallamus parce magis autem psallamus  
mente, loquamur linguis sed parcius, prophetemus studio-  
sius. Sed fatius opinor quod institutum est persequi.

#### De iuramento.

**S**uper illo ex epistola prima ad Corinthios ca. 15. Quotidie  
morior propter uestram gloriã fratres. Erasmus. Citat huc  
locum & Augustinus ostendens hoc loco iurasse Pauli, nec  
est quod tergiuersemur & negemus Apostolum iurasse cū  
alibi non paucis locis palam iuret. Verum in negociis huius-  
mundi pro prædiis pro nūmis iurare fortasse non sit ingenui  
Christiani. Ceterum cum agitur negocium Christi, tunc nõ  
erit nefas interponere iusiurandum.

#### De censuris.

**S**uper illo ex epistola secunda ad Corinthios cap. 6. Sed ad  
iuuantes etiam exhortamur. Erasmus. Illud adnotandum  
quo se demittat tantus Apostolus etiam apud illos qui pecca-  
uerant, cum nunc longe dissimiles huic. miro supercilio nil  
nisi madata, minas, excõmunicationes & anathemata crepēt.

#### De potestate Romani pontificis.

**S**uper illo ex epistola secunda ad Corinthios cap. 10. Non  
ad destructionem. Erasmus. Hic locus adnotandus est qui  
summi pontificis autoritatem in immensum attollunt affere-  
rantes uni homini uniuersum ecclesiæ Christianæ corpus de-  
bere cedere adeo ut si animas omnes deduceret ad inferos,  
non fore ius illi resistendi. Paulus ab ipso Christo accepit

autoritatem apostolicam non a Petro cum quo postea con-  
tulit, sed ita ut diceret ab illo sibi nihil accessisse. Et tamen in  
genue fatetur, hoc quicquid est potestatis in hoc datū ut pro-  
fit non ut ledat. At qui nunc tribuunt pontifici tantam pote-  
statem vicinam possent & ceteras dotes pontificias tribuere  
sapiētiam, puritatē, charitatem, contemptū rerum omnium.  
Blasphemat.

**S**uper illo ex epistola secūda ad Corinthios cap. xi. Nā si is  
quēnī alium Christū prādicat. Erasmus. Illud adnotādū  
quod Paulus admonet Corinthios, id nobis quoq; magnopere  
cauēdū ne nobis alteq; Iesum accersam⁹ ac fingamus potius  
onustū opib⁹, onustū imperio, ditioe, uoluptatibus, & quic-  
quid hic mundus habet prāstigijs, ad hęc cerimoniis plūsq;  
iudaicis obsitū, cū uerus ille ab oībus hīc fuerit purissim⁹.

Christum seruum non dici, sed filium.

**S**uper illo ex epistola ad Phil. capi. 2. Esse se equalem deo.  
Erasmus. Certe Christus seruus nō dicitur, sed filius. Tam  
etsi diuus Hieronymus in epistola Pauli ad Titum id quod  
est apud Esaiam cap. 49. Magnū est tibi uocari puerum meū  
putat a patre dici filio & παῖδᾱ quod transfulerunt. Ixx. he-  
brejs esse abdi quod famulum dumtaxat significat.

Irridet septenarium sacramentorum numerum.

**S**uper illo ex epistola ad Colossē. cap. primo. Verbum dei  
mysterium. Erasmus. Cum hic Paulus uerbum dei uocarit  
mysteriū quod sepe uertit sacramētū, cur nō addūt hinc octa-  
num sacramētū qui quoties in scripturis sacramēti fit mentio  
nolunt de septē illis accipi, Quāq; mysteriū hoc loco secretū  
& arcanū sonat id declarat q̄ sequunt nūc aut manifestatū ē.

Dura & falsissima assertio de adiectione  
orthodoxorum ad sacras scripturas.

**S**uper illo ex epistola prima ad Timotheū ca. i. Regi autē se-  
culoꝝ immortali inuisibili solideo. Erasm⁹. Soli deo μὲν ὁ  
θεὸς ἴδιος id est soli sapienti deo, ut soli sapienti coniungas  
& deo referatur ad oīa, ad hunc q̄ uidem modū legit Chry-  
sostomus & hunc secutus Vulgatus. Ceterq; quā id nec apud  
Hieronymū nec apud Ambrosiū nec apud ullū prāterea repe-  
rio, nō nihil suspicor additū aduersus Arianos q̄ solū patē

deū eē uolebāt. Siquidē ut heretici nō nihil imutabāt in *istis* facis quo suum tuerentur errorem, ita compertum locis aliquot addita quædam ab orthodoxis ad excludēdos aut refellendos hereticorum errores ut aliquot locis indicauimus.

Damnat clericorum cōiubatum.

**S**uper illo ex epistola prima ad Timotheum cap. 3. **U**nus uxoris uirū. Erasmus. Id nunc nimium dure ne dicam ridicule torquent ad unā ecclesiam. At Chrysostronus interpretatur de unica uxore quam habeat episcopus, addens tamen esse non nullos qui sic exponant unius uxoris uirum qui fuerit semel dumtaxat maritus. Et periclitatur Chrysostronus ne Paulus exigere uideatur ab episcopo ut uxorem habeat. At nunc non solum a presbyteris exigitur castitas, uerum etiam matrimonium ab hypodiamonis cōtractum dirimitur. Quin id quoque uehementer astringūt quod eo seculo quo summa erat sacerdotum raritas instituit Paulus seruādum in episcopis ut nō adiret hunc e honorē digamus. Iam enim cū tot sint sacerdotū ubique milia excludūtur a sacerdotio qui uel imprudentes duxerint corruptā, immo qui ante baptismū habuerint uxore & a baptismo duxerit alterā priore defunctā arcetur a sacerdotio licet in hac parte gnauiter reclamāte Hieronymo. Quin illud magis mirū cū tot egregias dotes requirat Paulus in epō, ceteris præter missis solius uxoris habet ratio. Admittitur incestus, admittit homicida, admittitur pirata, admittit sodomita, sacrilegus, parricida; denique quis non? solus digamus excluditur ab hoc honore qui solus nihil admissit. Mirū est aut ut quædā urgemus ac plusquam mordicus tenem⁹, ad quædam prorsus cōniuentes. Si quis perpendat horū tēporū statū quotā horū portionē monachorū greges occupēt, quotā sacerdotū & clericorum collegia, deinde perpendat quam pauci e tāto numero uere seruent uitæ castimoniam in quæ libidinum genera quam in numeri deurgant, quanto cum probro complures palam incesti sint & impudici fortassis iudicabit magis expedire ut iis prorsus qui non continent ius fiat publici matrimonii, quod absque mala fama pure sanctæque colant potius quam infeliciter ac turpiter libidinentur, Sed etiam atque etiam uereor ne census ecclesiastici castrent hodie clericos ue

rius quam pietas dum metuimus ne quod tenemus intercipiatur aut certe nihil accedat. Verū hæc nō sunt huius instituti.

De peregrinatione & monastico secessu.

**S**uper illo ex eadem epistola capi. 5. Si quis autem suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit &c. Erasmus. At hodie summa habetur pietas si quis domo relictis liberis & uxore aut etiam grandævis parentibus, uel Hierosolymas abeat, uel in monasterium abdat sese, sibi uisurus; aut fortassis etiam uentri.

Blasphemat.

**S**uper illo ex epistola ad Titum capi. 1. Continentē &c. Erasmus. Ego nullā spem uideo rebus publicis, nisi princeps erit in libertate ab omnibus cupiditatibus. At hodie haud scio an ullum hominum genus magis seruiat omnibus affectibus siue pphanos spectes principes siue sacros. Hæc una res est quæ leges cæsareas, quæ pontificias, quæ scholas theologicas, quæ contiones ecclesiasticas misere uiciauit, adeo ut si pergeretur nihil magis sit futurum hæreticum quam si quis Christū ingenue pureque doceat.

De epistola Iacobi.

**I**n ultima annotatione in epistolam Iacobi, Erasmus. De hac item epistola tametsi salubribus præceptis referta dubitatum est olim cuius esset ut initio dicere coeperam neque enim referte uidetur usquequaque maiestatem illam & granitatem Apostolicam nec hebraismi tantum quantum a Iacobo qui fuerit episcopus Hierosolymitanus expectaretur.

De potentia principum ecclesiæ.

**S**uper illo ex epistola .i. Petri cap. 5. Nō dominantes in clericis. Erasmus. Nunc episcoporum uulgus nihil audit ab assentatoribus doctis nisi dominationes, gladios, clauas, potestates, atque hinc factus quorundam plusquam regius, seu uicia plusquam tyrannica. Iam Romano Pontifici magnis uoluminibus adulamur potestatem Christo parem tribuētes. Unde fit ut orbis Christianus aliquoties huius & Cardinalium dominatum ac strepitum uix ferat, auaritiæ uix sufficiat.

Sequitur Erasmi Roterodami blasphemiae & impietates  
ex eiusdem scholiis in epistolas beati Hieronymi.

De miraculis sanctorum.



**I**X uita diui Hieronymi ab eodem Erasmo cōpo-  
sita. Erasmus. Equidem haud sum necius ueterū  
permultos in hac fuisse sententia, ut pium & offi-  
ciosum esse ducerent in commodum publicum  
apte confictis narrationibus abuti, nepe uel ad ui-  
tam recte pieq; instituendam, uel ad erigendos & inflammā-  
dos ad honesti studium cessantium animos, uel ad fulciendā  
quorundam imbecillitatem, uel ad territandos impios quos  
neq; ratio corrigit, neq; mouet charitas, uel ad illustrandam  
miraculis sanctorum hominum gloriam. ¶ Et infra.

¶ Est quidē mira uulgi credulitas, imo nescio quid penitus  
insitum animis mortalium ut ficta lubentius audiant quam  
gesta, & commentitiis supraq; ueri fidem fabulis libentius  
assentiantur quam ueris, adeo ut olim uiriprudētes quicquid  
uehementer commendatum esse uellent multitudini, id fabu-  
losis miraculis celebrarent, uelut numinum religionem, ori-  
gines urbium aut gentium, exordia nobilium familiarum,  
exempla clarissimorum principum ¶ Et infra.

¶ Ego nihil arbitror esse rectius quam eiusmodi describere  
sanctos cuiusmodi fuerūt ipsi, in quorum uita si quid etiam  
errati deprehenditur, hoc ipsum nobis uertitur in exemplum  
pietatis. Ceterum si quis omnino signētis deletetur, is si pru-  
denter effingat pii uiri simulachrum quocunq; nomine non  
sacco, cilicio, flagris, prodigiosis ieiuniis, uigiliis non cre-  
dendis, sed ex ipsis Christi decretis sic ut primum christianae  
pietatis uim penitus habeat cognitam ac perspectam, deinde  
scite illius exprimat imaginem, hic mihi fortasse tolerabitur  
etiam si quantūuis gēme nitorem ac lucem effingat artifex,  
certe natiuam gemme uim nunquam assequitur imitatio. Hā-  
bet suam in *eyetay* ueritas quam nullum equat artificium.  
At istos quis ferat qui plūsq; anilibus deliramentis, insan-  
tibus, indoctis, ineptis diuos nobis nō celebrant, sed q̄tamināt.

De miraculis beati Hieronymi.

D



**EX** eadē Hieronymi uita. Erasmus. **Quod si cui nihil absq̃** miraculose portentis placere potest is legat Hieronymia, nos libros in quibus tot pene miracula sunt quot sententia. Et infra. Is qui uitam illius conscripsit Cyrilli nomine nō in facete commentus est eum iam mori uicinum p̃dixisse fore ut Romam aliquando rediret. De miraculis non libet quicquam attingere iam uulgatissimis si quis eiusmodi fabulis delectetur.

#### De laudibus sanctorum.

**EX** eadē uita. Erasmus. Est autē istud quibusdam studiū in specie quidē piū sed tñ ineptum sanctorū laudes in immoderatum attollere dū illis tribuunt nō quantū adfuit sed quantū illis optēt adfuisse. Hī Christū si queāt maiore quā est cupiāt reddere, deinde huic pene parē Mariā, & factiose suū quisq̃ attollit diuū. Minoritis nunq̃ satis laudatus Franciscus, aliis Benediq̃, aliis Augustinus. At expedit etiā saepe numero cōmissum aliquod ceu cicatricem in sanctis agnoscere, sit. n. nescio quo pacto ut efficacius nos eorum exempla permoueant quibus ex uitiosa uita cōtigit ad pietatē respiscere.

#### De monastico secessu.

**EX** scholiis in epistolā Hiero. ad Heliodorū sup illo Solū pietatis genus est in hac re eē crudelē. Erasmus. Etiā si mihi uideatur & hoc nō nihil ad suū negociū torq̃re Hieronym⁹, nā id quē locū habet ubi parētes ethnici uetāt quo min⁹ fias xpianus, nō ut desertis parētib⁹ quib⁹ opus ē fortassis tuo subsidio in eremū aut i monasteriū temet ab dascū possis ap̃d xpianos parētes xpianā agei uitā si mō purgaris a; mūdanis affectib⁹

#### De diuitiis ecclesiarū.

**EX** scholiis in epistolam ad Nepotianum super illo. Et prohibetur non ab imperatoribus sed a principibus christianis. Erasmus. Adnotandum hoc loco per imperiales leges clericos prohibitos olim fuisse ab adeundis hereditatibus. Postremo quod tota hac epistola Hieronymus uult sacerdotes esse pauperes opibus diuites doctrina & pietate, nō satis cōuenit cum publica tempestatis huius persuasione qua credunt ecclesiam hisce diuitiis maxime & fulciri & ornari.

De iisdē ecclesiarū diuitiis quas obliq̃ insectatur.

**I**N antidoto huius epistolæ. Erasmus. Quid ais Hieron: me  
Inegas esse clericos, negas cum his dominum partem habe  
re uelle quibus sunt prædia, quibus aurum in scriniis, quibus  
argentum in marsupio, quibus supellex domi, etiam si ista  
obuenerint hereditate? Quid facies tot christianis sacerdoti  
bus adeo locupletibus ut his inuideant mundani principes?  
Quid episcopis qui tot oppida possident ut ne dicam de præ  
diis? Quid summis pontificibus qui pro censu prædiis etiam  
belligerantur? At qui hos adeo nõ improbamus, ut nec te in  
ter bonos uiros poneremus nisi illorum oraculis comproba  
tum. Per hos Christiani sumus, horum arbitrato Christo iungi  
mur aut a Christo segregamur, & non solum dominum cū  
his partem habere credimus, uerum etiam spiritum Christi  
in illorum sinu latere persuasum habemus, & adeo non offen  
dunt nos in illis, regijs sumptibus in celum substructa palatia  
famulorum examina, ferro armati satellites, equitum turmae  
omnia gemmis & auro purpuraq; reudentia, ut hunc rerum  
strepitum ad ecclesiæ dignitatem pertinere credamus.

De eodem.

**I**N tertio antidoto huius epistolæ Erasmus. Permultum. n.  
Interest inter primam illā ac rudem Christi ecclesiam & hāc  
nostri temporis. Tunc omnibus huius mundi cōmodis desti  
tuta solis Christi pollebat opibus, atq; his tanto gloriosius flo  
rebat, q̄to longius ab illis aberat. Deinde paulatim accesserūt  
opes, accessit principū iam christianorū fauor, deniq; accessit  
rēsus, accessit imperiū, quæ resan cū Christi philosophia cohe  
reāt aliorū esto iudiciū, nos scholia scribimus nõ dogmata.

De psalmodia.

**E**X ep̄la ad Rusticū sup illo dicas psalmū in ordine tuo. Eras  
mus. Ita quondā laborātes monachi uicissim psalmū aliquē  
recitabāt, ut aliorū opus nõ intermitteret & semp audiret ali  
quid sacri. Nūc ociosi nihil aliud faciūt monachi nostrates.

De sacrōrum uasorum distractione.

**E**X eadē epistola in fine scholiorū. Erasmus. Illud notandū  
Equod diuus Hieronymus tantopere laudat in ep̄o quod sa  
cra uasa in pauperū erogant alimentū & templū dei spoliarit  
ne deesset pauperibus, cū nunc pleriq; plusq; sacrilegium esse

D ii



dicant aliquid de donariis sacris tollere etiam si unicuique pauperes saguntina quod aiunt fame laborent.

#### De religiosis.

**I**N fine antidoti huius epistolę. Erasmus. Et haud scio an nunc quomodo magis expediret ecclesię christianę si pauciora foret monasteria quorum magnam partem ad mores parum religiosos prolapsam urdemus, essetque omnium idem cultus, eadem preces, eademque uitę ratio, postremo quam minimum seruitutis ac ceremoniarum que magis ad Iudeos pertinent quam ad Christianos, & supstitiosum facere possunt, piũ non possunt.

#### De bello contra Turcas.

**E**X epistola ad Letam super illo. Auratũ squallet capitolium. Erasmus. Verum hanc gloriam rursus perdidimus quandoquidem professio christiani nominis in angustum contracta est his temporibus, & inter hos ipsos perpauci sunt qui vere sint Christiani. Turcisque minamur bellũ quasi uero ferro fieri soleant Christiani, cũ ipsi Turcam in pectore geramus.

#### De bellis.

**E**X epistola ad Geruntiam de monogamia super illo. Modo. Eaudit Petrus, Conde gladium in uaginam. Erasmus. Ex hoc loco diuus Hieronymus uidetur in hac fuisse sententia, ut putarit Christianis non licere bellare quod utinam omnibus persuasum esset. **E**t idẽ in antidoto huius epistolę secundo. Apparet Hieronymum in hac fuisse sententia ut existimaret in lege Mosaica licuisse belligerare, in euangelica nõ idem permissi cum Christus iusserit Petrum recondere gladium, quod utinam Christianis omnibus esset persuasum ut nulla pugnatione sit opus quibus hodie nimium placet bellum. Nã hæc Christi mens omnino fuisse uidet, ut tolerantia superet Christiani non armis.

#### De sacramento matrimonii.

**I**N antidoto huius epistolę. Erasmus. Verum Hieronymus Iardentissimo quodã amore pudicitie nonnunquam iniquior est matrimonio potissimũ si iteretur. Et haud scio an illa æta de ecclesia numerarit matrimonium inter sacramenta. Certe Dionysius cũ ex professo de his tractet, matrimonii nullam agit mentionem.

### De Hierosolymitana peregrinatione.

**E**X epistola ad Paulinū super illo Beatus Hilarion cū Palestinus esset & in Palestina uiueret uno tantū die uidit Hierosolymā. Erasmus. At hodie cōplures etiam ex eoꝝ numero qui uidentur sapere, ab extremis mundi finibus summo sumptu, summo uitę discrimine nōnunquam & morum ad ea currunt loca liberis & uxore domi relictis, presertim cū oīa christianę uitę uestigia aut prorsus hic deleta sint, aut cōmentitia quędā incertaq; mōstrentur. Et mirū quę religio sit ab hoc uoto tā grauatim absoluere Romanos Pontifices, cū multi sic eant, ut magis piū sit nō isse. Alioqui si tam piū est uidere Hierosolymā, parū pius Hilarion qui uicinus semel dūtaxat adiit, & id non religionis causa, sed ne loca sancta contemneret uideretur.

### De beati Hieronymi miraculis.

**E**X scholio ep̄te ad Celantiā. Erasmus. Proinde sicut nūc est Eocii aut certe hoc animi ut ipostoris indocta blatteramēta quā erudititas sanctorū lucubrationes legere malit, age ne hūc sua fraudabimus uoluptate, dabis sua cyprio boui merenda. Reperiet huius epistolae aliquot pbellas, reperiet monachorū regulā, reperiet Hieronymi miracula Cyrilli, Augustini & Eusebii titulo pseudepigrapha. His assatim expleat sese cui tales placent deliciae.

### De monachis.

**E**X ep̄ta ad Paulā & Eustochiū Matcellę nomine cōscripta super illo Ieiunia quoq; neminē subleuāt. Erasmus. Hęc forma monachorū plurimū ab huius tēporis monachis abest ap̄d quos ab inēqualib; equalia exigūt & ex his estimat oīs sere religio atq; ex his etiā leuioribus puta cultu aut colore.

### De sacramento matrimonii.

**E**X epistola ad Eustochiū d̄ uirginitate seruāda in antidoto Erasmus. Sūt & alia quę si quis iniquę excutiat, dissentire uiderentur a uulgata theologorum opinione. qui matrimonii faciunt unum e septem sacramentis.

### De autoritate Romani Pontificis.

**E**X epitaphio Paulę super illo Cumq; orientis & occidentis Episcopos ob quāsdam ecclesiarū dissensiones Imperiales

Heretę Romā contraxissent. Erasmus. Mirum est ætate diui Hieronymi tantam etiamnum imperatorum autoritatem fuisse Romæ ut illorum litteris orientis atq; occidentis episcopi Romam contraherentur, ac non potius Romani pōtificis præsertim cum Constantinus iam Siluestro cessisset imperiū si uera est fama, Sed in alia quadā epistola testatus est olim omnes episcopos inter se fuisse æquales.

De donariis templo dicatis.

**I**N antidoto eiusdem epitaphii. Erasmus. Et audias passim sacerdotes tantum tribuētes donariis templo dicatis: ut in expiabile sacrilegiū fore clamitent si quis hinc aliquid in pauperum subsidium fame pereuntium detrahere conetur. Atq; id si fiat Christum ipsum aut uirginem Mariam suis bonis expoliari uociferentur. Quasi uero Christus eiusmodi gaudeat ostenta culis qui ipse pauperrimus opes istas calcandas esse docuit, aut sanctissima Maria magis eiusmodi gaudeat, cui uiua semper neglexerit, aut quasi decorum sit ea ostentari in tēplis Christianorum in quibus hæc docentur esse spernēda Christi discipulis.

De Sacramento confessionis.

**E**X epistola ad Oceanū de Fabiolæ epitaphio, super illo est huius loci ut pœnitentiā predicem. Erasmus. Ex hoc loco potes animaduertere olim confessionem fuisse publicam & de notis commissis publicam item satisfactionem. Et apparet Hieronymi tempore nondum institutam fuisse secretam admissorum confessionem quam postea ecclesia salubriter instituit, si modo recte utantur ea sacerdotes & laici. Verum in hoc labuntur theologi quidam parum attentī, ut quod ueteres illi de huiusmodi publica & generali cōfessione que nihil aliud erat quam signis quibusdam & piaminibus ab epō indictis se peccatorem & bonorum cōmunionē indignum agnoscere, trahunt ad hanc occultā & longe diversi generis.

De Romano pontifice.

**E**X epistola ad Innocentium de muliere septies percussa super illo Romanum episcopum. Erasmus. Vides apud ueteres non appellari summum, sed Romanum?

De opibus & imperiis ecclesiæ.

**E**X epistola de vita Malchi caprini super illo. Et post quæ ad Christianos pricipes uenit potētia quidē & diuitiis maior sed uirtutibus minor facta est. Erasmus. Quid diceres Hieronymy si nunc uideres ecclesiā tot regnis, tot opibus, tot bellis tot fœderibus pene obrutam?

De Scismaticis.

**E**X libro uiroꝝ illustriū in Ireneo sup illo unitatē collegi Escindere. Erasmus. Nō temere hoc adnotauit Hieronymus quod uideret opinor suis tēporibus quosdā nimīū precipites ad rescandū ab ecclesia, quibus modis & nos magnā orbis partē perdidimus duꝝ oēs cerimonias ad uiuū exigimus. Cū Christus baculū contractū nō cōminuat & linū fumigans nō extinguat, & hunc secutus Apostolus Paul⁹ infirmū fide suscipi iubeat non reiici, & tolerari donec spes ulla proficiendi in melius, & diuus Augustinus laquidum malit quam mortuū debilem quam extinctum.

De Lectionibus ecclesiasticis,

**E**X eodem libro de uiris illustribus in Effrem, super illo ut post lectionē scripturarum. Erasmus. Hinc apparet nō nisi apostolicas litteras olim legi solitas in tēplis aut uiroꝝ apostolicæ autoritatis, cū hodie monachoz somnia immo multecularū deliramēta legantur inter diuinas scripturas.

De Vitis sanctorum.

**I**N prologo sup secūdū Hieronymi Tomū de ecclesia agēs recipit inquit humanas de sanctis historias nō ut p oia certas, sed q̄ cū fructu moꝝ legi possunt. Nōnulla cōdonat iam receptę cōsuetudini ac multitudinis affectibus si mō senserit eiusmodi ut citra religionis uiteꝝ perniciē legi possint.

De Sermonē Ambrosii, Augustini baptismū explanāte.

**I**N prologo tercię partis secūdi Tomi epistolaz diui Hieronymi, falso Ambrosio ascriptū eē illū sermonē ait & ab eo impostore quē ipse arbitratur sanctorū oīm scripta suis neniis contaminasse cōsistum putat, sic enim ait Erasmus. Fuisdē est oratio Ambrosii Mediolanensis epi nomine qua christiane plebi baptismum Augustinum gratulatur. Post hæc meliore ut putat ductus coniectura immo quasi sui p̄cenitēs non iam ab illo impostore quē suspicabatur, sed ab aliquo Augusti-

uenti heremita ad instituti sui comendationem, compositum existimat a quo etiam sermones illos qui Augustini titulo ad heremitas circumferuntur conscriptos arbitratur quod ad hunc modum explicat Erasmus. Postremo quod est oim uenustissimum orationem finxit Ambrosii nomine cuius initium est. Quod his diebus contigit fratres carissimi, in qua christiane gratulatur religioni de tanti militis nepe Augusti ni accessio nemitoque artificio illud agit homo suavis, ut i ipso statim baptismo diuus Augustinus nigra cucullam & balteum coriaceum ab ipsis Ambrosii manibus sumpsisse putetur, nimirum eius professionis insignia ut totum etiam Augustinum suo uendicaret ordini, eumque cingulum a Simpliciano donatum affingit. Adhuc de hymni uicissim decati fabula meminit. Postremo naticinatur futurum ut ex Augustino multae religionis constitutiones nascerentur, cum Ambrosii temporibus nemo religionis uocabulum in eum sensus usurparit quo nunc uulgus illiteratum, ut ne dicam interima quod ipsa tam diligens historiae inculcatio de disciplinis citra praecceptorum perceptis, de Monice lacrymis, de Simpliciano, de Adeodato & Alipio, affectatae imposturae suspitionem habent.

#### De Romani pontificis monarchia.

**E**X scholio quod anteposuit epistole Hieronymi ad Damascum de oblationibus altaris, Erasmus. Et hic quisquis fuit conatus suas nugas Hieronymiani nominis umbra pretere. Quae apte uero cogere antorum nomina e quibus tamen nihil adducit quia nihil illorum legerat. Chrysostomi commentarios nominatim citat cum diuus Hieronymus Chrysostomum potius ignorarit, ut taceam interim etate diui Hieronymi non iolere quemquam a comunione depellere quod nouo uerbo uocant excommunicare, nisi qui ad eampertinuisset ecclesiam. Nam haec Romani pontificis monarchia post Hieronymi seculum orta est.

#### De Regula monacharum a Hieronymo edita.

**I**N censura regulae monacharum a Hieronymo editae, Erasmus. Quid opus est in hoc argumetis uti regulam hanc non esse Hieronymi cum id totus sermonis insulsiissimi character adeo

palam præferat, ut vel ab indoctissimis sentiri queat. Ipse non possum satis admirari tam insignem hominis impudẽtiam, quãta cũ autoritate loquitur, putes Apostolũ aliquem esse. Et hic impostor ipso Paulo felicior in corpore constitutus fructus est uisione diuina totos opinor menses inter Seraphim uersatus. Deinde corpori redditus cum antea dixisset in corpore cerni, redibat nobis præsciis futurorum. Nam huiusmodi portenta de se scribit suppositi titius hic Hieronymus qui si prodigiosam balbutiem suam & ineptissimam loquacitatem mutare potuisset, plane Hieronymus erat, nunc autem culæ prominentes produnt asinum, & totus sermo clamat indignum fuisse qui in diui Hieronymi culina locũ teneret. Sed audiam lector bellam præfationem qua non Hieronymum exprimit iam senem, sed ebrium aliquem nino simul & etate delirantem.

De epistola Eusebii Cremonens. de trãitu bti Hieronymi. In scholio quod antepositur huic epistolæ. Erasmus. Eadẽ facundia, eadem conditio, idem sermonis lepos. Illud ridiculum hominem ne tantulum quidem potuisse dictionis figuram uariare, omni quod aiunt pedi eundem inducit calcem. Apud hũc artificem eodem utuntur caractere omnes Hieronymus, Augustinus, Cyrillus, Eusebius & Ambrosius, apud hunc opinor balbutiret ipse Tullius. Illud breuiter ad moneo pium lectorem nihil hic esse in quo bonarum horarum ullã partem colloquet. Nõ eget diuus Hiero. hmõi fucis nec dignatur a tam insulso pingi artifice.

De epistola Augustini de magnificentiis  
beati Hieronymi.

EX censura in epistolã Augustini de magnificentiis bti Hieronymi. Erasmus. Deũ immortalem sic ineptiret Augustinus? Vitam impostor ille stultissime simul & indoctissime descripsit, hic se ipsum ita refert ut prope modũ uincat balbutiẽ. Neq; uero solas eloquentiã requiro, hominem desidero mutauit personam noster hic histio, sed uocem ac gestum mutare non potuit.

De miraculis diui Hieronymi a Cynillo ep̃o conscriptis quę appellat fabulamenta.

**I**N censura in epistola Cyrilli Hierosolymitani Episcopi de miraculis diui Hieronymi. Erasmus. Idem & hic stilius, idē Peccus, eadem insania, semper sui similis est quocunq; titulo Personatus prodeat huius actor fabulæ. Quid si hic rabula ualuisse litteris & eloquentia quibus ludibriis orbē impleset uniuersum nunc ob insignem infantiam nulli pōt imponere nisi sit Morycho stultior, aut nisi quis ultrofalli cupiat. Re licienda sunt a Christianis hmōi fabulamenta. Quod si quid etiam tolerandū est ad exemplum pietatis confictum; artificem uolo non huiusmodi rabulam nulli rei nisi perdendis cha. t. s. natum.

De fide ac religione Romanorum cum taxatione sacerdotum.

**E**X libro secūdo cōtra Iouinianū sup illo squallet capitolis aduersus. At nunc ambigūt Romani ubi nam fuerit illud admirandum capitolū neq; defunt tamen qui gentile illam gloriam adhuc somnient quasi parā habeat splendoris ipse Christus. Quāquam hmōi mali magna pars sacerdotibus acceptam ferri oportet qui se non continēt in suo genere, & iisdem rebus magni uideri uolunt quibus olim ethnici principes, ac nō porius Apostolicis opib; quibus illi reges oēs ac monarchas infinitis partibus & potēti gloria & opib; superarunt. Porro cū sua negligat & affectēt aliena, nec in suo gñe magni sunt quia nō student, & in illo lōge uincunt adeo ut ne cōferendi quidē sint cū illis. Ira fit ut quidam semi christiani uetus illud & ethnicum desiderent imperium quod & huius pœniteat ut pote frigidū, & illud apostolicum quomā danq; ditionis iacturā pensare poterant nec in his uideant in quibus solum hoc conueniebat florere.

De primatu apostoli Petri.

**E**X epistola ad Marcellā cōtra Montanū, super illo Si igit apostolus Petrus super quē dñs fundauit ecclesiā. Erasmus Hoc in pñtia detorquet ad cōmēdationē Petri, neq; n. Petrus est fundamentū ecclesiæ cū Paulus dicat, fundamentū aliud nemo pōt ponere p̄ter id quod positū est quod est Christus Iesus. Nā quod in euangelio dictum est & sup hanc petram fundabo ecclesiā meā, ego saluo aliq; iudicio intelligo sup

Itam de me confessionē quam Petrus afflatus a patre pronū-  
ciauit. Tu es Christus filius dei uiui, per quam Petrus erat sol-  
dus & nō arudo uulgarū opinionū uētis agitata. Nā quod  
hic Petro dixit dñs, Beda putat ad oēs Apostolos pertinere prę-  
sertim cū idem postea mandans illis apostolicū munus Acci-  
pite spūm sanctum quoy remiseritis &c. omnibus ex equo  
mandet. Porro quod postea sit caput constitutū, id Hierony-  
mus putat in remedium scismatis esse factum.

#### De mendacio.

EX epistola ad Pammachium & Oceanū quę incipit. Siche-  
dulę quas misistis super illo ex Platonis sententia. Erasmo  
Porro quę scribit Augustinus de mendacio, quęq; tradūtur  
a nri tēporis Theologis, partim eiusmodi sūt ut etiā si maxi-  
me sint uera, tñ a communi sensu uehementer abhorreant.

#### De æqualitate Episcoporum.

IN antidoto epistolę ad Euagriū, Erasmus. Pręterea æqua-  
re uidet; omnes Episcopos inter se pinde quasi oēs ex equo  
Apostolis successerint cum id soli tribuatur Romano Ponti-  
fici, namę quæ Eugubien. Episcopum cū Romano, neq; pu-  
tat ullū Episcopum alio maiorem esse nisi quatenus superat  
humilitate. Deinde nō putat Episcopum quouis sacerdote  
pręstantiorem esse nisi quod ius habeat ordinandi. Verū hęc  
olim fortasse uera, nunc magna ex parte cōmutata sunt.

#### Contra Episcopos.

EX epistola ad Paulinum quę uice prologi Biblię fertur an-  
teposita super illo in tantū sacerdotis officium est interro-  
gatum respondere de lege Erasmus. Ex his palam liquet pro-  
prium Episcopi munus esse docere populum non scoticas ar-  
gutas sed Christum & arcanas scripturas. At is qui sum-  
mi Pontificis nomen sibi uendicat, deberet in eo quod  
summum est munus esse summus. At nunc pleriq; summas  
Episcopi partes ad uilissimos relegant, ipsi quod est infi-  
mum sibi sumunt litium cognitiones & censuum rationes;  
& ne nihil omnino sacri populo uideantur dare, mota ma-  
nu benedicunt.

#### De quinq; Apostoli uerbis.

EH



**E**X eadem epistola super illo Hucusq; Moyses hucusq; P<sup>r</sup>æ-  
cateuchus quibus quinq; uerbis loqui se uelle Apostolus  
in epistola gloriatur. Erasmus. Hic Hieronymus nonnullam  
facit uim uerbis Paulinis, nam is in epistola prima ad Cor.  
cap. 14. sentit se male pauca uerba loqui in ecclesia sic ut  
audientes ædificentur, quã decẽ milia quã solus intelligat &  
nulli profint ad ædificationem. Quanquam hodie sacerdo-  
tum uulgus magnificiat sua uerba quã nec ipsi qui sonant  
intelligunt.

De Susanne historia, & cantico trium puerorum.

**E**X præfatione Hieronymi in Danielẽ sup illo qui apud he-  
b. c. 13. nec Susanne habet historiam & c. Erasmus. Mirum quod  
Hieronymus uerũ iugulat id nunc passim legitur & canitur  
in templis ceu res in primis sancta, tanto plus ualet consueta  
do multitudinis imperitia quã hominis eruditi iudiciũ, imo  
nullo delectu legimus de Bel dracone quã Hieronymus nõ  
ueritus est appellare fabulam, nec additurus ni uerius fuisset  
ne bonã uoluminis partem detrũcasse uideret, sed apud quos  
tãdem apud imperitos inquit ipse. Sic ubi cõmodũ est quid  
uis apud nos ualet Hieronymi autoritas, ubi non est cõmo-  
dum ne tantulum quidem, ac postea nos ut parum credulos  
damnant, cum nulli minus recte credant quam isti qui quid  
uis credunt.

De summo pontifice.

**E**X præfatione Hieronymi in quattuor euangelia. Erasmus  
E in fine scholiorum. Illud adnotandum quod Damasum  
summũ sacerdotem uocat, non summum pontificem.

Contra Episcopos.

**E**X epistola ad Fabiolam de ueste sacerdotali super illo quẽ  
E omnia referuntur ad animi uitia. Erasmus. Neq; nunc qui-  
dem admittuntur ad sacerdotiũ qui insigni corporis uitio la-  
borant nisi numerent Episcopo, & quod dolendum est mul-  
to maior habetur horum ratio quam animi uitiorum. Bibo-  
nes, scortatores, aleatores, & qui hec uitia uultu, cultu, incessu  
totiq; habitu præferunt, passim admittunt, ob claudicantem  
cula n miserandum magis quam malũ reiciunt. Neq; dã-  
no quod reiciunt, neq; n. sine causa instituit Anastasius pon-

ifex Romanus huius nominis primus ne claudī cęci muti-  
li in clericorū ordinem reciperent. Videbat. n. passim si quos  
habebāt liberos uitio corporis notabiles hos Christo obtru-  
dere, quos integros eos consecrare mēdo & principū aulis,  
proinde dignitati consulens clericorum Anastasius constitu-  
tionē opposuit. Sed multo magis debonestat ordo clerico-  
rum uitę turpitudine quam corporis uitio, hic igitur erat p-  
cipue uigilandum episcopis. Deniq; si reiiciendus est qui ui-  
cio corporis arcebat; nō is admittendus est quisquis numerat  
exactam pecunię summā quę uitii illius nō tollit, sed auari-  
tiam atit Episcoporum, sed qui uitium egregiis animi uitu-  
tibus pensant.

#### De bello contra Turcas.

**E**X epistola ad Heldibiam de undecim quęstionibus in pri-  
mę quęstionis antidoto. Erasmus. In prima quęstione  
dicit pęcipi Christianis ut inimicos etiam pascant & potius  
subleuent, & inimicum exponit bifariam uel eum qui sit  
alienus a nra religione, uel eū qui sit impię uitę. Et quomo-  
do nunc piū habetur Turcas & alios nihil etiā de nobis male  
meritos; armis opprimere, spoliare, occidere? At qui ad hęc  
pontifices condonationibus admissorum inuitant & celum  
promittūt cadentibus. Sed Hieronymus Pauli doctrinam se-  
cutus ad illa tempora respexit nō ad hęc in quibus omnia se-  
re diuersa sunt. Olim trucidabātur Christiani, nunc trucidāt,  
olim deiciebantur possessione, nunc alios deiciunt.

#### De bellis & cerimoniais.

**E**X epistola ad Algasiam in antidoto. Erasmus. In quęstio-  
ne sexta negat deum amare posse qui pecuniam amet, si-  
gnificans pecuniam nullo modo diligendam esse. Vbi sunt  
igitur Christiani quidam qui permittunt ut bellum & pu-  
gnam pecunię causa suscipiamus? & si bonę sunt diuitię ut  
putat Aristoteles cur quod bonum est non ament? Sed non  
imputandum diuo Hieronymo si idem dicit quod palā in  
euangelio dixit Christus. Item in quęstione decima scribit  
Christianum non esse teneri cerimoniais & pęceptis humanis  
quod magis est indeorum uelut in cibis ieiuniis ac similibus;  
non sentit de cerimoniais quas pęscribit ecclesia, quanquam

omnino conuenit eas quam paucissimas esse. Alioqui ex his tam etsi specie habeant pietatis tamē miro quodā modo omnis ueræ pietatis pestis nascitur. At nunc Christiani pluribus premunt ceremoniis quæ Iudæi & pietas admodū friget.

Sequitur Erasmi Roterodami blasphemiarum & impietates ex uariis eiusdem opusculis excerptæ.

### De primatu Romani pontificis.



**E**X scholiis in epistolas Cypriani sup illa epistola ex libro quarto quæ incipit Accepimus primas litteras tuas. Erasmus. Excutiendum cur in hac Cornelium Pontificem Romanū collegæ suum appellet, neq; enim id facit semel ut casus uideri possit, sed iterum atq; iterum. Sic & Innocentiū Augustinus fratrem uocat.

### De primatu apostoli Petri.

**E**X iisdem scholiis super illa epistola ex eodē libro quarto quæ incipit. Ego te frater. Super illo loquitur illic Petrus super quem ædificanda erat ecclesia. Erasmus. Ab hac sententia multum abhorret Augustinus qui nō uult hominem esse fundamentum ecclesiæ. Certe hoc loco & tamen non semel Cyprianus facit Petrum ecclesiæ fundamentum.

### De paritate omnium Apostolorum.

**E**X iisdem scholiis super illa epistola ex eodē libro quarto quæ incipit Cum moneat dominus. Erasmus. Hic æquare uidetur auctoritatem omnium Apostolorum cum ait. Hoc erat utiq; ceteri Apostoli quod fuit Petrus pari consortio præditi honoris & potestatis, sed exordium ab unitate proficiscitur, ut ecclesia una monstretur. Incertum autem an quod dicit ecclesiam ab uno profectam ad Christum referendum sit an ad Petrum, magis uidetur de Christo sensisse, cum alias Cornelium collegam suum appellet.

### De libertate.

**E**X iisdem scholiis super epistola ad Iubaianū de hæreticis rebaptizandis super illo. Hæc tibi breuiter &c. Erasmus. Cū

heretur in se fidel tamē collegas r̄pos suo relinquit arbitrio  
Et haud scio an inter hos fuerint suffraganei, nā Carthago  
metropolis est Africā. Nūc p̄dicatoꝝcul⁹ quilibet aut the  
ologaster p̄scribit mundo.

Balsphemat.

**EX** prologo in libꝛū cui titulus est Enchiridion Christiani  
Emilitis. Erasmus. Videbā Christianoꝝ vulgus non affecti  
bus modo uerūetiam opinionibus esse corruptū. Perpendebā  
eos qui pastores ac doctores se profiteantur p̄terosq; ad suum  
cōpēdium Christi titulis abuti, ne quid interim cōmemorē  
de his quoꝝ nūta ac renutu res humanae surisū. *α. γ. ο. τ. υ. κ. λ. ι.*  
*φ. ρ. σ. π. μ. α. δ. ε. ζ. η. θ. ι. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. π. ρ. σ. τ. υ. φ. χ. ψ. ω.*  
ad quoniam uitia manifesta uix licet ingemiscere.

De indulgentiarū p̄dicatoribus.

**EX** eodem prologo. Erasmus. Tantū inualuerūt Philistēci p̄  
terra belligerātes pro cęlestibus terrena pro diuinis huma  
na p̄dicātes hoc est nō ea quę faciūt ad Christi gloriā, sed  
quę ad illoꝝ questū, qui cōdonationes, qui cōpositiones, si  
milesq; cauponationes redimūt, idq; faciūt hoc periculosus  
quod suis cupiditatibus magnos principum summi Pontifici  
cis atq; ipsius etiā Christi titulos p̄tēxunt.

De monachis.

**EX** eodē prologo. Erasmus. Porro monachoꝝ genus fere  
ecomitatur p̄ter alios morbos, superstitio, supercilium,  
hypochuisis, obiectatio.

De bellis.

**EX** eodē prologo. Erasmus. Si quis a bellis quę iam seculis  
Ealiquot ob res nihili plusq; ethnicę gerim⁹ deterreat, noto  
tur a lycophantis quasi sentiat cū iis qui negāt ullum bellū  
gerendū Christianis, nā hæreticos facimus autores huius sc̄  
rētūq; quod Pontifex nescio quis bellū approbare uideatur.

De ciborum delectu.

**EX** eodem prologo. Erasmus. Non insecor quod alii pisci  
bus uisitant, alii leguminibus, aut herbis, alii ouis, sed ad  
moneo uehementer errare eos qui iudaico animo ex his iu  
stitiæ p̄tensionē induunt, ex huiusmodi nugis ab hominibus  
nibus repertis se cæteris anteponunt, cum iisdem pro nullo  
nitio habeatur famam alienam mendaciis incessere.

**De religione et inconstantibus religionem.**

**EX** eodē plogo. Erasmus. Tam uero non est quod metuat  
Ene non propaget Essenorū genus in tanta ingeniorū & ani  
morum uarietate qua fit ut nihil etiā sit usquam tam absur  
dum quod non expetat a multis. Et paulo post. Ceterū iis qui  
Phariseorum exēplo suū agūt negocium obeuntes terras ac  
maria quo faciant unū profelytum, nusquā deerunt adoles  
centes rerum imperiti quos in hassam ille dēt & quos caprēt.  
Ingenis ubiq; stultorū ac simpliciū est numerus.

**De oratione uocali.**

**EX** Enchiridio Christiani militis. Erasmus. Tu fortasse cum  
oras hoc modo spectas quantum psalmoz; p̄murmurans  
& multiloquium orandi uirtutem arbitraris, quod uitiū po  
tissimum est eorū qui adhuc in littera sunt infantes, neq; ad  
spiritus maturitatem adoleuerunt.

**De piis opetibus.**

**EX** eodē libro. Erasmus. Ne tu mihi illico charitatē esse  
edicās in templo frequentem esse, signis diuozum proci  
bere, cereolos accēdere, numeratas p̄culas iterare, nihil istis  
opus habet deus; charitatem autem uocat Paulus edificare  
proximum &c.

**De psalmorum recitatione.**

**EX** eodē libro. Erasmus. Nōne cum obseruationes & ri  
tus sacrorum cōmemorat tum multiplicatas orationes, tā  
quam dīgito notat eos qui religionem numero psalmozū  
aut precum metiuntur?

**De intellectu scripturarum.**

**EX** eodē libro. Erasmus. Quo magis admiror potestatis  
& domini ambitiosa uocabula ad ipsos usq; Pontifices sū  
mos & Episcopos inuecta fuisse, neq; pudere Theologos nō  
minus indocte quam ambitiose magistros nostros uulgo ap  
pellitari cū utrūq; Christus interdixerit suis ne uel dominos  
uel magistros uocari se sinerent, unum. n. esse tum magistrū  
tum dñm qui & caput omnium nostrū Christus I hūs. Apo  
stolus, pastor, epūs, officii sunt uocabula nō dominatus. Pa  
pa, Abbas charitatis cognomina sunt, non potestatis.

**De monachatu quē iudaismum appellat.**

**E**X eodem libro. Erasmus. Hęc oīa tametsi nō dubitē quā-  
stam tibi suppeditatura sūt, tūc scia lectio, tūc fratēna cha-  
tas nos est adhortata ut saltem hac exemplari scripturūcula p-  
mea uirili sanctum tuū propositum promouerem adiuuaretq;  
idq; eo feci maturus quod nonnihil metuerē ne in supersti-  
tiosum istud religiosorum genus incideres qui partim q̄stui  
seruientes suo, partim ingenti zelo sed nō s̄m scientiam cir-  
cumueunt mare & arida, & sicubi nacti fuerint hominem a-  
nitis ad meliorem uitam iam respicientē, eum ilico impro-  
bissimis hortamentis, minacijs, blāditijs, in monachatu co-  
nantur detrudere, perinde quasi extra cucullū Christianism⁹  
nō sit. Deinde ubi scrupulis meris & inexticabilibus spinis  
p̄ctus illius expleuerint, ad humanas qualdā traditiunculas  
astringunt, planeq; in iudicium quēdā precipitanti miserū,  
ac trepidare docent non amare.

De ceremonijs.

**E**X expositione in psalmum Beatus uir. Erasmus. An non  
hoc faciunt sacerdotes quidam qui superstiosam plebe-  
culam ceremonijs inuoluunt ut his freti ueluti mare ducantur  
nec unq; ad ueram Christi doctrinā adolecant semper infan-  
tes semper imbecilles in Christos;

De constitutionibus pontificum.

**E**X eadem expositione. Erasmus. Ceterū ubi cōstitutiones hu-  
iusmodi p̄ter titulos nihil habent apostolicū, sed totę  
pertinent ad priuatū cōmodum uel parandum uel tuerdum  
uel augendum, ubi nihil respiciunt p̄ter mundanā quādam  
prudentiam quā in ethnicis etiam tyranniscernimus, ubi me-  
ris minis ac terculis nō spiritu lenitatis & mansuetudinis tes-  
agitur, quid aliud efficitur his sine fine multiplicandis quā  
ut pluribus laqueis irretiatur libertas christiana?

De psalmorum recitatione.

**E**X eadem expositione. Erasmus. Qui quotidie psalmos nō  
in alleltos remurmurant, non meditantur in lege domini  
sed uerem uerberant.

Contra Episcopos.

**E**X eadem enarratione. Erasmus. Episcopi nomē audio, sicut  
audio, ornatepiscopalem uideo, nimitum folia cōspico.

F

ad fructum accuro quid reperio longe aliud quam quod ti-  
tulus & insignia promiserant, aleatorem reperio, scortator  
reperio, populi predonem reperio, bellatorem & satrapam  
reperio.

Sapit Luterianam & Vicleffianam impietatem.

**EX** ratione seu cōpendio ueræ Theologiæ, Erasmi. Cōsimili  
eter qđ Petro dicitur tu es Petrus & super hęc petram edifi-  
cabo ecclesiam meam, & tibi dabo clauēs regni cęlorũ, ad  
uniuersum populi Christiani corpus pertinet. E diuerso cū Pe-  
tro ter amorem professio dicit pasce agnos meos, Christus sū-  
mi pastoris hoc est capitis uices sustinet, Petrus cuiusuis Epi-  
scopi typum gerit, cui non cōmittitur grex pro quo mortuus  
est Christus nisi uehementer amanti Christum, nec usq̄ spectā-  
ti nisi ad huius gloriaz. Neq; uero dictum est rege aut subige  
oues, sed pasce.

De forma baptismi Apostolorū Xpo in terris cōuersante.

**EX** eodē libro. Erasmi. Fortasse ad hoc tēpus p̄tinet prima  
discipulorū p̄dicatio cū iubent exēplo Ioānis ad penitē-  
tiam prouocare, regni cęlorũ uicinā denūciare, de Christo  
silere, & haud scio an baptismus quo tunc baptizabantur hu-  
iusmodi fuerit. Nam tum quoq; baptizabant Apostoli cum  
Christus ipse teste Ioanne neminē baptizaret, nec omnino  
proditum est canonicis litteris quenquam a Christo baptiza-  
tum fuisse.

De festis & confessione.

**EX** eodem libro. Erasmus. Complura tunc non obseruata  
Equz nunc iubemur obseruare, quod genus sunt dies festi,  
& fortassis hęc qua nunc salubriter utimur secreta admissio-  
rum confessio.

De constitutionibus Pontificum.

**EX** eodem libro. Erasmus. Idem dum legibus cauent de de-  
cimis p̄dialibus & personalibus extorquendis, de usu pal-  
li redimendo, de annatis exigendis, de patrimonio Petri ut  
uocant armis uindicando, de subigendis bello Turcis deq;  
aliis innumeris: ut donemus eos tractate rem ad communē  
uitam necessariam aut certe utilem, nemo tamen dixerit eos  
uetsari in eo quod propriū ē philosophiæ cęlestis. Atq; haud

Scio an summi Pontifices etiam si maxime uellent possint ita moderari leges suas quas ad communem hominum uitam edunt, ut per omnia Christi decretis respondeant. Christus ut purissimus ille fons omnis lucis & innocentiae præcipit ea quæ cælum sapiant. Pontifices homines & hominibus infirmis atq; adeo uarie infirmis pro tpe præscribunt quod uideatur expedire. Proinde fieri non potest quin in horum quoq; placitis insint quædam quæ sapiant humanos affectus, & in quibus innocentiam Christi desideres.

#### De confessione.

**E**X eodem libro. Erasmus. Vir pius admissorum confessio nē ut a maioribus ortam & paulatim ad hanc formam redactam obseruat reuerenter, iudicans non esse dissentiendum priuata autoritate ab eo quod publicus Christianorum usus & procerum autoritas comprobauit. Hac obedientia non contenti quidam suum dogma adiungunt, hanc confessionem quoniam pars est sacramenti non ab Apostolis sed ab ipso Christo fuisse institutam, neq; enim ius ecclesie esse ut illum sacramentum uel addat septem illis uel adimat, cum tamen uni homini ius tribuant uel totam ditionem purgatorii demoliendi si libeat. Mihi sane dogma hoc non admodum uidetur necessarium ad pietatem. Quid enim ad hanc refert utrum ipse Christus instituerit aliquid an ecclesia Christi spiritu afflata, nisi forte timemus ne nobis quæstus pereat quem ex huiusmodi facimus rebus sanctissimis ad rem non sanctam abutentes. Quanquam hoc ipsum quod dico non aliter accipi uelim quam exemplum adductum docendæ gratia.

#### De Romani Pontificis potestate.

**E**X eodē libro. Erasmus. Sunt enim qui corpus uniuersum Ecclesie in unum contrahunt Romanum pontificem quæ negāt errare posse quoties de moribus aut fide pronūciat, & huius unius sententiæ mundū uniuersum in diuersa opinione consentientem debere cedere, ni faciat scismaticū esse censendum. Et tamen qui tantum potestatis tribuunt Romano pontifici quantum nec ipse agnoscit: iidem minimū illi tribuūt si quid illorum uel quæstui uel ambitioni conetur obistere



tum exēpta est sacro sancta religio, tum illuminatus theologus preponderat uniuersali concilio, tum profertur ad synodum prouocatio. Nonne huiusmodi dogmatis ingens aperitur fenestra tyrannidi, si tanta potestas incidat in impium ac pestilentem hominem?

Luterizat.

**E**X eodem libro. Erasmus. Ad hæc sunt quedam de uotis, de decimis, de restitutionibus, de remissionibus & confessionibus scholasticorum immo monachorū placita quibus grauitè illaqueantur animi simplicium, aut certe superstitionum ingenti malo populi, sed lucuēto cōmodo quorū dā quibus ut malis medicis tū optime est cū populo est pessime, hisce de rebus audimus quotidie querimonias piorum hominum ex animo bene cupientiū gregi christiano. Nō est meū aut mei similibus conuellerè quod usu publico receptum est, optare tamen fas est ut diuinus ille spiritus afflet mentes pontificum ac principum sic ista perpendere, ut plus uerè pietatis adiungatur populo christiano, minusq; sit superstitionis, ac minus etiā tyrannidis permittatur iis quorū felicitas publicis malis alitur. Quāq; hæc quoq; dūtaxat exēpli nice producta uelim, siquidē in præsentia docere est animus non irritare.

De symbolo Apostolorum.

**E**X eodem libro. Erasmus. Proximum his locum tenēt quædam nobis ceu p manus tradita, uel ab ipsis Apostolis ad nos usq; profecta uel ab iis certe qui uicini fuerunt tēporibus Apostolorum, quorum in numero cum primis pono symbolum in concilio Niceno editum quod uulgo dicitur Apostolorum opinor ob id quod præferat sermonis apostolici tum grauitatem tum sobrietatem, tum etiam breuitatem.

De cerimoniais.

**E**X eodem libro. Erasmus. Proinde Matthei capite. 23. declatrans & ob oculos ponens quibus factis debeatur celū uide quid cōmemorat, num uestem sordidam, num ieiunia, num ciborum delectum, num psalmodiarum uim demurmuratā, nū eruditionem, num miracula, nihil horū. Quid igitur? Paup̄is inquit esurientem, potum dedistis sitienti, excepistis hospitem, nudum texistis, egrotū inuistis carcere inclusum subleuastis

aliquo, nihil autem aliud sunt hæc quam officia charitatis.   
Euo lue testamentum omne nouum nihil usquã reperies præ-   
ceptum quod ad ceremonias pertinet. Vbi de cibis, aut ueste-   
uerbum ullum? Vbi de inedia aut similibus ulla mentio? So-   
lam charitatem uocat præceptum, e ceremoniis oriuntur diffi-   
dia, e charitate pax.

De constitutionibus ecclesię.

**E**X eodem libro. Erasmus. Quid igitur dicent homuncul-   
i obscuro qui ob interdictum esum carniũ aut his frigidio-   
res cõstitutiunculas postulãt, ut totus homo ueniat in capitis   
periculum?

De eodem.

**E**X eodem libro. Erasmus. Christus clamat non hominem   
ob sabbatum esse conditum, sed sabbatum ob hominem   
esse reptum, & tu uis tuas leges tantum ualere, ut citius pericu-   
lum sit homini christiano quã ab iis latũ unguẽ discedat.

De ciborum delectu.

**E**X eodem libro. Erasmus. Christus clamat, non quod intrat   
in os polluit hominem, & tu exigis a Christiano ut ingesti-   
uauerdinis dispendio uescatur piscibus? Immo præ te nõ du-   
cis pro Christiano qui corporis habitu compulsus quocunq;   
die quocunq; cibo uescens gratias agit deo.

De religiosorum uarietate.

**E**X eodem libro. Erasmus. Tot sunt discrimina religionẽ p-   
sitẽtium & certatim singuli religionis laudẽ sibi uendicãt,   
perinde quasi solos istos agnoscat deus, populum ignoret.

De prædicatoribus indulgentiarum.

**E**X eodem libro. Erasmus. Vidimus & nostra etate tumultũ   
non uulgarem inter Christianos, quẽ comperi nõ ab aliis   
excitatum, quam quorum quẽstui uidebatur offectura purior   
Christi doctrina, citius omnia subuersuros dixisses quam fu-   
turum ut ab intestinis semel gustatis temperarent adeo mor-   
dicus tenent lucrum quod ex remissionibus impudenter præ-   
dicatis, quod ex compositionibus, quod ex dispensationibus   
quod ex fumo pontificii nominis quem uenditant, quod ex   
applicationibus meritorum, quod ex conscientis male illa-   
tis, quod ex falsa religionis opinione, quod ex errore mulier.

calaram & indoctam plebeculam colligitur. Multis ambitio fuit in consilio ut hanc excitarēt tragœdiam qui tantum suæ gloriæ tribuunt, ut malint ab oleri Christi doctrinam, quam ipsos uideri quicquam nescisse. Plerosq; duplex habebat morbus, quæstus, & ambitio.

De monachis.

**E**X eodem libro. Erasmus. Obsecro te lector an nō tibi uideatur digito demonstrare quosdam ex istorū ordinibus qui ipsis mundi uisceribus immixti monachos se uocant, & regū luxum affectantes mendicitatem prætexunt. Atq; utinam tam essent pauci ut horum inuidia leuiter grauaret bonos, nunc a deo multi sunt ut boni qui sunt malorum turba pariter & tyrannide obruantur.

De cerimoniais.

**E**X eodem libro. Erasmus. Quid igitur inquit aliquis, damnas cerimoniais Absit. Laudo ritus quib; & olim & hodie chorus ecclesiasticus peragit sua mysteria, repræsentat aliquid & addunt maiestatem cultui diuino, quâquam in his quoq; modusse debet. Non probo uero quod humanis cōstitutio, nibus tota pene Christianorum uita cerimoniais oneratur, qđ his nimium tribuitur, pietati minimum, quod his freti simplices studiū uerę religionis negligunt, quod ob has nugas magnis tragœdiis scinditur tranquillitas christiani corporis.

De excoriatione beati Bartholomię.

**E**X eodem libro. Erasmus. Quidam impudenter scripturam diuinam trahunt ad sensum alienissimum, uelut is qui qđ dictum est de tentoriis hostium apud Abachuc turbabuntur pelles terre Madian, detorsit ad Bartholomæū excoriatū quod habet historia licet ea fide careat.

De approbatione recognitionis Hiero. in nouū testamētum, & an Damasus fuerit summus orbis pontifex.

**E**X epistola qua diluere nititur obiecta sibi a quodam theologo quem non nominat super translatione sua noui testamēti. Erasmus. Constat igitur nouum testamētum iussu Damasi recognitionem, at non constat ab eo probatam Hieronymi recognitionē, neq; enim probari potest qđ non cognouisset præsertim cum iste putet reiiciendum quicquid publicis ie

strumentis non fuerit autorizatum, ut & ego flosculis illius abutar. Quāquam hoc negotii non iniungit Damasus tāquā sūmus orbis pontifex quod an fuerit in medio relinquo, certe nomen hoc nondum illis temporibus erat auditum quantum ex ueterum omnium scriptis licet colligere, sed iniungit tanquā Romanus pontifex Hieronymo hactenus Romano quod illic & baptizatus sit & presbyteri consecutus honorē.

De autoritate sedis Apostolicæ.

**E**X eadem epistola. Erasmus. Ad hæc ubi locū habebit hæc Augustini regula si solum hoc recipiendū est ab omnibus ecclesiis, quod una Romana recipit ecclesia? Non quod in septer Augustinum, sed quod ex his appareat illum Romanæ sedis autoritatem non agnouisse quam illi nunc tribuimus presertim cum idem scribens Innocentio fratrem illum appelleret, nec ullum indicū præbeat insignis illius eminentiæ, sed agat ueluti cum collega.

Contumelia in diuum Hieronymum.

**E**X epistola ad Dorpium Theologū. Erasmus. Ipse Hieronymus uir tam pius & grauis aliquoties nō sibi tēperat quin in Vigilantium exandescat acrius, in Iouinianū insultet imoderatus, in Ruffinū amarulentius inuehatur.

Causa Morie scribendę.

**E**X eadem epistola. Erasmus. Videbā quam esset mortaliū Euulgus stultissimis opinionibus corruptū, idq; in singulis uite institutis, & remedii uotū uerius erat quam spes. Proinde uidebar mihi reperisse rationem ut delicatis animis hæc arte tanq̄ obreperem, & cum uoluptate quoq; mederer.

De theologico studio nostri temporis.

**E**X eadem epistola. Erasmus. At hoc ut omittam barbari factitiiq; sermonis sordes & portenta, ut omittā omniū bonarum litterarū inscitia, ut imperitiā linguarū, sic Aristotele sic humanis inuentiunculis sic prophanis etiā legibus est cōtamnatum, ut haud sciā an purū illū ac sincerum Christū sapiat.

De monachis.

**E**X libro cui titulus est Sileni Alcibiadis. Erasmus. Sunt atq; utinam nō tam passim obuui sint quos si quis e: barbę sil-  
p<sup>a</sup>, pallore, cucullo, cingulo, supercilio, uultuq; truculentis

uult estimare, Serapiones ac Paulos esse ducat, sin explices,  
meros inuenies balattones, planeq; quod aiút α. ἰβρακα & Τοῦ  
ἰραυφῶ.

De diuis Christophoro & Georgio.

**E**X eodem libro. Erasmus. Blasphemiam uocat si quis paru  
reuerenter de Christophoro loquatur aut Georgio, nec om  
nes omnium fabulas equet euangelio.

De bellis.

**E**X libro de querela pacis. Erasmus. Petru adhuc semi iudæ  
um qui in pñti capitis discrimine dñm ac pceptore tue  
ri parabat, obiurgat ipse qui defendebatur, gladiuq; inbet  
recondere, & Christianis ob leuissimas causas nunquam non  
expromptus districtusq; est gladius idq; in Christianos?

De bello.

**E**X eodem libro. Erasmus. Immo ne sacerdotes quidẽ ipsos  
epudet quos olim deus neq; in sanguinaria illa & inclemẽti  
lege Moyfi uoluit ullo sanguine pollui, nõ pudet Theolo  
gos Christianæ uitæ magistros, non pudet absolutæ religio  
nis professores, non pudet Episcopos, non pudet Cardina  
les & Christi uicarios, eius rei autores ac faces esse quam Chri  
stus tantopere detestatus est?

De miraculis, uisionibus, & inferis.

**E**X libro cui titulus est. Morias encomium, idest laus stulti  
tiae. Erasmus. Ceterum illud hominum genus haud dubie  
totum est nostræ farinæ qui miraculis ac prodigijs gaudet  
men facis uel audiendis uel narrandis, nec ulla satietas ta  
lium fabulatu cū portentosa quædã de spectris, de lemurijs,  
de laruis, de inferis, de id genus milibus miraculorum cõme  
morantur. Quæ quo longius absunt a uero, hoc & creduntur  
lubentius & iucundiore pruritu titillant aures. Atq; hæc quidẽ  
non modo ad leuandum horarum tedium mire conducunt,  
uerum etiam ad quæstum pertinent præcipue sacrificijs & con  
sionatoribus.

De diuis Christophoro, & Georgio, & Hyppolito.

**E**X eodez libro. Erasmus. His rursus ad fines sunt ii qui sibi  
Estultam quidem sed tamen iucundã persuasionẽ induerũt  
taturam si ligneum aut pictu; aliquem Polyphemũ Christo

phorum aspexerint; eo die non sint perituri. Et postquam  
Iam vero Georgium etiã Hercule inuenerunt quemadmo-  
dum & Hyppolitum alterum, huius equum phaleris ac bullis  
religiosissime adornatũ tantum non adorant ac subinde no-  
no quopiam munusculo demerentur, per huius eteam galeã  
deietare plane regium habetur.

#### De indulgentiis.

**E**X eodem libro. Erasmus. Nam quid dicam de iis qui sibi si-  
cẽ scelerum condonationibus suauissime blandiuntur, ac  
purgatorii spacia ueluti clepsydri metiuntur, secula, annos,  
menses, dies, horas, tanquam e tabula mathematica citra ul-  
lum errorem dimetientes. In commento autem super hoc  
loco Litrus sic ait, nisi forte ut plerique putant Erasmus latet  
in Litrus. In summa non erat nostrum de potestate Ponti-  
ficis disputare, hoc unum scio certius esse quod Christus in  
euangelio promisit de remittendis peccatis, quã quod polli-  
centur homines, presentim cum hæc tota res recens sit & na-  
per iuenta.

#### De deuotione in singulos sanctos.

**E**X eodem libro. Erasmus. Quid iam non ne eodem fere per-  
trinet cum singule regiones suum aliquem peculiarem uin-  
dicant diuum, cum in singulos singula quedam partiuntur,  
singulis suos quosdam cultura ritus attribuuntur hic in den-  
tium cruciatu succurrat, ille parturientibus dexter adsit, alius  
rem furto ablatam restituat. Hic in naufragio prosper afful-  
geat, ille gregem tueatur, atque item de ceteris, nam omnia p-  
censere longissimum fuerit. Sunt qui singuli pluribus in reb-  
ualeat precipue deipara uirgo cui uulgus hominum plus pro-  
pe tribuit quam filio.

#### Blasphemat.

**E**X eodem libro. Erasmus. Sed quid ego hoc superstitionũ  
Epelagus ingredior, non mihi si linguarum centum sint, orag-  
cẽtum, ferrea uox, omnis fatuorum euoluere formas, omnia  
stultitię percurrere nomina possim; usque adeo omnis omniũ  
Christianorum uita istiusmodi delirationibus undique scæter,  
quas ipsas tñ sacrifici non grauatim & admittunt & alunt,  
non ignari quantum hinc lucelli soleat accrescere.]

G

De cereorum interdiu accensione.

**E**X eodem libro. Erasmus. Quata turba eorum qui deiparæ uirgini cereolū affigunt, idq; in meridie cū nihil est opus. De peregrinatione.

**E**X eodē libro. Erasmus. Est qui Hierosolymam, Romam, aut diuum Iacobum adeat ubi nihil est illi negociū domi relicto cum uxore liberis.

De imaginibus.

**E**X eodem libro Erasmus. Verum haud apparet eis tū fuisse reuelatū una eademq; ad oratione adorandā imagunculā carbone delinatā in pariete & Christum ipsum si modo duobus sit porrectis digitis, intonsa coma, & in umbone qui ad heret occipitio tris habeat notas.

De inferis.

**E**X eodem libro. Erasmus. Verū an non felicissimi dum hæc agunt? Præterea dum inferorū res omnis sic ex amissum depingūt, tanq̄ in ea republica cōplaris-amos sunt uersari.

De monachis quorum uitam mores & instituta in maximū ecclesię opprobriū nō secus ac ethniscus quispiam miris modis deridet.

**E**X eodē libro. Erasmus. Ad hęc felicitatē pxie accedat ii q̄ se uulgo religiosos ac mōachos appellāt utroq; falsissimo cognomine, cū & bona pars istorū lōgissime absit a religiōe, & nulli magis oibus locis sint obuii, is nō uideo quid possit eē miserius nisi ego multis modis succurrerē. Etenim cū hoc hoīm genus oēs sic execrent ut fortuitū etiā occursum omniosum esse p̄suasum sit, tū ipsi sibi magnifice blandiunt. Primū summā existimāt pietatē si usq; adeo nihil attigerint litterarū ut ne legere quidē possit. Deinde cū psalmos suos numeros quidē illos at nō itellectos a sininis uocib⁹ i tēplis derudāt tū uero se putāt diuorū aures multa uoluptate demulcere. Et sūt ex iis nō nulli q̄ sordes ac medicitatē magno uēdūt p̄q; forib⁹ magno mugitu panē efflagitāt, imo in nullis diuersorū uehiculis, nauib⁹, nō obturbāt, nō mediocri p̄fecto reliquorū medicatiū iactura, atq; ad eū modū hoies suauissimi sordib⁹, inscitia, rusticitate ipudētia, Apostolos ut aiūt nobis referūt. Quid aut iucūdius quam quod omnia faciūt ex p̄scripto.

quasi mathematicis utentes rationibus quas preterire piaculum  
 sit. Quot nodos habeat calceus, quo color singula uestis, quot  
 discriminibus uarieganda, qua materia, quotque culmis latum  
 cingulum, qua specie & quot modiorum capax cucullus, quot di-  
 gitis latum capillitium, quot dormiendum horas. Atque hæc qui-  
 dem equalitas in tanta corporum & ingeniorum uarietate quæ  
 sit inequalis quis non percipit? Et tamen his nugis non alios modo  
 præse nauici faciunt, uerum inuicem alii alios contemnunt; atque  
 homines apostolicam charitatem professi, ob aliter cinctam uestem,  
 ob colorem paulo fusciorem omnia miris tragædiis mis-  
 scent. Ex his uideas quosdam adeo rigide religiosos ut summa  
 ueste non nisi cilicina utantur, intima milesia, alios contra qui  
 superne lineæ sint, intime lanei. Rursum alios qui pecuniæ con-  
 tactum ceu aconitum horreant, nec a uino interim nec a mulie-  
 rum contactu temperantes. Denique mirum omnibus studium  
 nequid in ratione uitæ conueniat, nec illud studium est ut Chri-  
 sto similes sint sed ut inter se dissimiles. Porro magna felici-  
 tatis pars est in cognomentis dum, hi Funigeros appellati se  
 gaudet, & iter hos alii Coletas, alii Minores, alii Minimos,  
 alii Bullistas. Rursum hi Benedictinos, illi Bernardinos. Hi  
 Brigidenses, illi Augustinenses. Hi Guilhelmitas, illi Iacobitas,  
 quasi uero parum sit dici Christianos. Horum magna pars in  
 tantum suis nititur ceremoniis & hominum traditionibus ut pu-  
 tent unum celum parum dignum esse tantis meritis premium,  
 haud cogitantes futurum ut Christus contempserit his omnibus suum illud  
 sit exacturus preceptum nepe charitatis. Alius ostendit, aquali-  
 culum omnium piscium genere distentum. Alius psalmorum ce-  
 lum effundet modios. Alius ieiuniorum myriadas annume-  
 rabit & toties unico prædio pene disruptam imputabit aluum.  
 Alius tantum ceremoniarum acernum proferet quantum uix  
 septem onerariis nauibus uehi possit. Alius gloriabitur sexa-  
 ginta annos nunquam tactam pecuniam nisi digitis duplici  
 chirotheca munitis. Alius cucullam ingeret, adeo sordidam  
 & crassam, ut nullus nauita suo dignetur corpore. Comemo-  
 rabit alius se plusquam undecim lustris spongiæ uitam egisse  
 semper eidem affixum loco. Alius rauicam assiduo cantu uo-



tem adducet. Alius lethargum solitudine contractum. Alius  
 linguam iugi silentio torpentem. At Christus interpellatis  
 alioqui nunquam finiendis gloriis unde nā hoc inquiet no-  
 num iudeorum genus? Vnicā ego legem vere meam agno-  
 sco de qua sola nihil audio. Et olim palam nulloq; parabola-  
 rum utens inuolucro paternam hereditatem pollicitus sum  
 non cucullis pre culis aut in ediis sed charitatis officiis. Nec  
 eos agnosco qui sua facta nimis agnoscut. Isti qui me quoq;  
 sanctiores uideri uolunt, A braxassiorū celos si libet occupēt,  
 aut ab his sibi nouum extrui celum iubeant quorum traditiū  
 culas meis præceptis ante posuerunt. Cum hæc audient & uī  
 debūt nautas & aurigas sibi præferri, quibus puratis uultibus  
 sese mutuo contuebuntur? Sed interim spe sua felices sunt nō  
 absq; meo beneficio. Atq; hos quidem quanquam a republi-  
 ca semotos nemo tamen audet contemnere præcipue mendi-  
 cantes propterea quod omnia omnium arcana teneant ex cō  
 fessionibus quas uocant. Quæ tamen prodero nefas habent  
 nisi si quando poti fabulis amcenioribus delectare se uolunt,  
 sed coniecturis modo rē indicant tacitis interim nominibus  
 Quod si quis hos crabrones irritarit tum in popularibus con-  
 cionibus probe ulciscuntur sese & obliquis dictis hostem no-  
 tant adeo recte, ut nemo non intelligat nisi qui nihil intelli-  
 git, nec prius oblatrandi finem faciunt quam in os offam  
 obieceris. Et reliqua quæ sequuntur ī quibus p plures uersus ni-  
 hil aliud agit nisi modū concionādi religiosorū satyricè imo  
 impie quidē quantum ingenio & eloquentia ualet insectari.

De summis pontificibus & curia Romana.

**EX** eodem libro. Erasmus. Quantum his abstulerit cōmēdi  
 etatum si semel inaccessiuerit sapientia? Sapientia dixi, immo  
 uel mica salis illius cuius meminit Christus. Tantum opum,  
 tantum honorum, tantum dittonis, tantum uictoriarum, tot  
 officia, tot dispensationes, tot uestigalia, tot indulgentias, tā  
 tum equorum, mulorum, satellitum, tātum uoluptatum. Vi-  
 detis quantas nundinas quantam messem, quantum bonorū  
 pelagus sim complexa? Et paulopost. Neq; uero negligendū  
 illud futurum ut tot scriptores, tot notarii, tot aduocati, tot  
 promotores, tot secretarii, tot mulo tribe, tot equifones, tot

menfarij, tot lenones, p̄c̄nē mollius quidam addideram sed  
uereor ne durius sit auribus, in summa tam ingens hominū  
turba quę Romanam sedem onerat, lapsa sum, honorat fen-  
tebam ad famem adigētur. In humanum quidem hoc & ab  
hominandū facinus & multo magis detestandum ipsos etiā  
summos ecclesię principes ac uera mundi lumina ad peram  
& baculum reuocari. At nunc fere si quid laboris est, id Pe-  
tro & Paulo relinquunt quibus abunde satis est ocii. Porro  
siquid splendoris aut uoluptatis, id sibi sumunt. Atq; ita fit  
mea quidem opera ut nullum pene hominum genus uiuat  
mollius minusq; sollicitum, ut qui abunde Christo satisfactū  
existimēt si mystico ac pene scenico ornatu, cerimoniis bea-  
titudinum, reuerentiarum, sanctitatum titulis & benedictio-  
nibus ac maledictionibus episcopos agant. Priscum & obso-  
letum nec horum omnino temporum miracula edere, doce-  
re populum laboriosum, sacras interpretari litteras scholasti-  
cum, orare ociosum, lachrymas fundere miserum ac mulie-  
bre, egere sordidum, uinci turpe partiq; dignum eo qui uix  
reges etiam summos ad pedum beatorum admittit oscula.  
deniq; mori inamabile, tolli in crucem infame. Restant sola  
hec arma ac benedictiones dulces quarum meminit Paulus  
atq; harū quidē sunt sane quā benigni, interdictiones, suspē-  
siones, aggrauatiōes, redaggrauationes, anathematizatiōes,  
ultrices picturę ac fulmē illud terrificū quo solo nutu morta-  
lium animas uel ultra tartara mittūt. Quod ipsum tñ sanctis-  
simi in Christo patres & Christi uicarii in nullos torquent  
acrius quā in eos qui instigante diabolo patrimoniū Petri  
minuere atq; arrodere conantur. Cuius cū hec uox sit in euā-  
gelio. Reliquimus omnia, & secuti sumus te, tñ huius patri-  
monium appellāt agros, oppida, uestigalia, portitoria, ditio-  
nes. Et reliqua quę sequuntur nō minus impia quam ea quę  
hactenus relata sunt, quę omnia ex libro illo ore diaboli di-  
ctato cum aliis per multis blasphemis i omnē Christianoꝝ  
gradū & ordinem cōtumeliosissime prolatis lector quilibet  
per se potest intelligere.

FINIS.

**Errata quæ correctoris oculos in hoc  
libello suffugerunt.**

- A.** pag. 4. fa. 2. uersu. 2. sacramenuū, lege sacramentum.  
**Itē.** B. pag. 3. fa. r. uer. antepenultimo alioqui qu, lege alioqui  
qui. & pag. 4. fa. 2. uer. penul. o endimus, lege offendimus. &  
uer. sequenti p onunciauit, lege pronunciauit.  
**Itē.** C. pag. 1. fa. r. uer. ult. cū initio. fa. sequētis q hæc nō ad bo  
na & mala opera, lege qui hæc non ad mala & bona opera.  
**Item.** D. pag. 2. fa. 2. uer. r. dicant lege ducant. & uer. ult. acit  
mention em, lege facit mentionem, & pag. 4. fa. 2. uer. 5. a fine  
xorta est lege exorta est.  
**Item.** E. pag. 2. fa. r. uer. 2. erat soldus, lege erat solidus. & fa. 2.  
uer. 3. in epistola gloriatur. lege in ecclesia gloriatur.  
**Item.** F. pag. 3. fa. 2. uer. 24. Bartholomię, lege Bartholomęi.

**Impressum Romæ per Antonium Bladum  
de Asula. Anno domini. M. D. XXII.**

